

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D. 1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
NATH. BOWDITCH. OB. MAR. XVI. MDCCCXXXVIII
BOSTON PUBLIC LIBRARY

- 1723 -
Di Giaco. Soranzo

Arithmetica boetij.

Incipiunt duo libri de Arithmetica anitij manilij seuerini Boetij viri clarissimi & illustrissimi ex cōsulis: ordinarij: patricij: ad patricium simmachum.



N dandis accipiendisque muneribus ita recte officia precipue inter eos q sese magni faciunt estimant̄ si liquido ꝯstabit nec ab hoc aliud qđ liberalius afferret inuentū: nec ab illo vnq̄ꝫ qđ iucundius beniuolē tia cōplectere‾ acceptū. Hec ipse cō siderans: attuli non ignaua opum pōdera quibus ad facinus nihil instructius est: cū habendi sitis incanduit: ad meritū nihil vilius cū ea sibi victor anim⁹ calcata subiecit: sed ea quę ex grecarū opulentia litterarū in romanę orationis thesaurum sūpta cōuexim⁹. Ita enī mei quoqꝫ operis mihi ratio cōstabit: si quę ex sapientię doctrinis elicui: sapientissimi iudicio cōprobent̄. Uides igit̄ vt tam magni laboris effectus tuuꝫ tantū expectet examē: nec in aures ꝓdire publicas nisi doctę sentētię a stipulatione nitat̄. In quo nihil mirū videri debet: cū id opus qđ sapiē tię inuenta persequit̄: non auctoris sꝫ alieno incūbit arbitrio. Suis qp pe instrumentis res rationis expenditur: cū iudicium cogit̄ subire prudentis. Sed huic munusculo: nō eadem quę ceteris imminent artibus munimenta cōstituo. Neque enim fere vlla sic cūctis absoluta partib⁹ nullius indiga suis tantū est sciētia nixa p̄sidijs: vt nō ceteraꝝ quoqꝫ artiū adiumenta desideret. Nā in effigiandis marmore statuis: alius excidendę molis labor est: alia formā dę imaginis ratio: nec eiusdē artificis manus politi operis nitor expectat. At picturę manibus tabulę cō missę fabrorum. cęre rustica obseruatione decerptę: colorū fuci mercatorū solertia perquisiti: lintea operosis elaborata textrinis: multiplicem materiā prestant. Nōne idem quoque belloꝝ visitur instrumētis: Hic spicula sagittis exacuit: illi validus thorax nigra gemit incude. Ast alius: crudi vmbonis tegmina ꝓprij labor[e] orbi insigenda mercatur. tam mult[e] artibus ars vna perficit̄. Ast nostri laboris absolutio lōge ad faciliorē currit euentuꝫ. Tu enī solus manuꝫ supremo operi impones: in quo nihil de decernentiū necesse est laborare cōsensu. Quālibet enī hoc iudiciū multis artibus probet̄ excultū vno tamē cumulat̄ examine. Experiare igitur licet quantū nobis in hoc studio longis tractus ocijs labor adiecerit. An rerū subtilium fugas exercitatę mentis velocitas cō p̄hendat. vtꝝ ieiunę macies orationis ad ea quę sunt caligantibus impedita sententijs expedienda sufficiat. Qua in re mihi alieni quoquę iudicij lucra querunt̄. Cum tu vtrarū que peritissimus litteraꝝ: possis grai ę orationis expertibus quantuꝫ de nobis iudicare audeant: sola tantū ꝓnunciatione prescribere. At nō al

Cer[?]acione

terius obnoxius institutis artissima memet ipse trāslationis lege cōstringo: sed paululū liberius euagat⁹ alieno itineri: nō vestigijs insisto. Nā et ea que de numer[is] a nicomacho diffusius disputata sūt: moderata breuitate collegi. Et que transcursa velocius angustiorē intelligentie p̄stabant aditū: mediocri adiectione reseraui: vt aliquādo ad euidentiā rerū nostris etiā formulis ac descriptionibus vteremur. Quod nobis quātis vigilijs ac sudore cōstiterit facile sobrius lector agnoscet. Cum igitur quatuor matheseos disciplinarum de arithmetica que est prima perscriberē: tu tantū dignus eo munere videbare eoque mag[is] inerrato opus eē intelligebā. Nam et si apud te facilis venie locus esset: aliquando tamen ipsam formidabat facilitatē suspecta securitas. Arbitrabar enim nihil tante reuerētie oblatū iri oportere: qđ nō elaboratū ingenio: perfectum studio: dignū postremo tanto ocio videret[ur]. Non igitur ambigo quin ꝓ tua in me beniuolentia superuacua resecés: hiantia suppleas: errata rep̄hendas: cōmode dicta mira animi alacritate suscipias. Que res impulit pigram cōsilij morā. Nimios enī mihi fruct⁹ placitura restituent. Noui quippe: quāto studiosius nostra q̄ ceterorum bona diligamus. Recte ergo quasi aureos cereri culmos et maturos bacho palmites: sic ad te rudimēta noui operis trāsmisi. Tu tantū paterna gratia nr̄m ꝓuehas munus: ita et laboris mei primitias doctissimo iudicio cōsecrabis: et nō maiore censebitur auctor merito q̄ probator.

Incipiūt capitula libri primi.

351

Proemium in quo diuisio mathematice. Caplm. 1.



Nter omnes prisce auctoritatis viros: qui pythagora duce puriore mẽtis ratione vi guerunt: cõstare manifestũ est haud quẽquã i philosophie disciplinis ad cumulũ perfectiõis euadere: nisi cui talis prudẽtie nobilitas quodã q̃si quadruuio vestigat. Quod recte solertiã intuentis non latebit. Est eni sapiẽtia rez que sunt suique imutabilẽ substantiã sortiunt: cõprehẽsio veritatis. Esse aũt illa dicimus que nec intentione crescũt: nec retractione minuunt: nec variationibus permutant: sed in ppria semp vi sue se nature subsidijs nixa custodiunt. Hec aũt sunt qualitates: quãtitates forme: magnitudines: paruitates: equalitates: habitudines: actus: dispositiones: loca: tempora: et quicqd adunatũ quodãmodo corporibus inuenitur. Que ipsa quidez natura incorporea sunt et imutabilis substãtie ratione vigentia: participatione vero corporis permutantur: et tactu variabilis rei in uertibilem incõstantiã transeũt. Hec igitur quoniã

vt dictū est natura īmutabilē substā
tiā vimqȝ sortita sunt: vere proprieqȝ
esse dicunt. Horuȝ igitur id est quę
sūt proprie: quęqȝ suo nomine essen-
tię nominant scientiā sapientia pfi-
tetur. Essentię autē geminę partes
sunt: vna cōtinua τ suis partib⁹ iun-
cta: nec vllis finibus distributa: vt ē
arbor: lapis: τ omnia mūdi hui⁹ cor
pora quę proprie magnitudines ap
pellant. alia vero disiuncta a se τ de
terminata partibus τ quasi aceruā-
tim in vnū redacta conciliū: vt grex:
populus: chorus aceruus: τ quicqd
quoȝ partes pprijs extremitatibus
terminant: τ ab alterius fine discre-
tę sunt. His propriū nomen est mul
titudo. Rursus mltitudinis alia sūt
p se vt tres vel quatuor: vel tetrago-
nus: vel quilibet numerus qui vt sit:
nullo indiget. Alia vero p seipsa nō
constant: sed ad quiddaȝ aliud refe
runt: vt duplū: vt dimidiū: vt sesqual
terū: vel sesquiterciuȝ et quicqd tale
est: qd nisi relatū sit ad aliud ipsum
esse nō possit. Magnitudinis vero
alia sunt manētia motuqȝ carentia.
alia vero quę mobili semp rotatio-
ne vertunt: nec vllis temporibus ac
quiescunt. Horū ergo illā multitudi
nē quę p se est: arithmetica speculat
integritas. Illaȝ vero quę ad aliqd
musici modulaminis tēperamenta
pernoscūt. Immobilis vero magni
tudinis: geometrica noticiā pollicet
Mobilis scientiā astronomicę disci
plinę peritia vendicauit. Quib⁹ qua
tuor partib⁹ si careat inquisitor: ve-
rū inuenire nō possit. ac sine hac qui
dē speculatione veritatis: nulli rectę
sapiendum est. Est eni sapientia ea-
rum rerum quę verę sunt: cognitio
τ integra comprehensio. Quod hic
qui spernit: id est has semitas sapiē
tię ei denuncio nō recte philosophā
dū. Siquidē philosophia est amor
sapientię: quā in his spernendis an
te contempserit. Illud quoque ad-
dendum arbitror quod cuncta vis
multitudinis ab vno progressa ter-
mino: ad infinita progressionis aug
menta concrescit. magnitudo vero
a finita inchoans quantitate modū
in diuisione non recipit. Infinitissi-
mas enim sui corporis suscipit secti-
ones. Hanc igitur naturę infinitatē
indeterminatamqȝ potentiam: phi
losophia sponte repudiat. Nihil eni
quod infinitum est: vel scientia po-
test colligi vel mente comprehendi.
Sed hinc sumpsit sibi ipsa ratio: in
quibus posset indagatricem verita-
tis exercere solertiam. Delegit enim
de infinitę multitudinis pluralitate
finitę terminū quantitatis: et inter-
minabilis magnitudinis sectione re
iecta: definita sibi ad cognitionem
spatia depoposcit. Cōstat igitur qs
quis hęc pretermiserit: omnē philo-
sophię perdidisse doctrinam. Hoc
igitur illud quadruuiuȝ est quo his
viandum sit quibus excellētior ani-
mus a nobis cum procreatis sensi-
bus ad intelligentię certiora perdu
citur. Sunt enim quidam gradus:
certęque progressionū dimensiones
quibus ascendi progredique possit:
vt animi illū oculum: qui vt ait pla-
to multis oculis corporalibus salua
ri constituique sit dignior. quod eo

solo lumine vestigari vel inspici ve-
ritas queat. Hunc inquã oculuꝫ de
mersum orbatũq; corporeis sensib⁹
hę discipline rursuꝫ illuminẽt. Quę
igitur ex his prima discenda est: nisi
ea quę principium matrisque quod
ammodo ad cęteras obtinet porti-
onem: hęc est aũt arithmetica. Hec
enĩ cunctis prior est: non modo qđ
hanc ille hui⁹ mũdanę molis condi
tor de⁹ primã suę habuit ratiocina-
tionis exemplar: ꝛ ad hanc cũcta cõ
stituit quęcũq; fabricante ratione p̄
numeros assignati ordinis inuene
re concordiam: sed hoc quoq; prior
arithmetica declarat̃: qđ quęcunq;
natura priora sunt: his sublatis: si-
mul posteriora tollunt̃. Qđ si poste-
riora pereant: nihil de statu prioris
substantię permutat̃. vt animal pri⁹
est homine. Nam si tollas animal:
statim quoq; hominis natura dele-
ta sit. Si hominẽ sustuleris: animal
nõ peribit. Et econtrario ea semper
posteriora sunt quę secũ aliud qđli-
bet inferunt. ea priora quę cũ dicta
sunt: nihil secũ de posterioribus tra
hunt. vt in eodẽ quoq; homine. Nã
si hominẽ dixeris: simul quoq; ani-
mal nominabis. Idem ẽ enĩ homo
qđ animal. Si animal dixeris: non
speciẽ simul hominis intulisti. Non
est enĩ idem animal qđ homo. Hoc
idem in geometrica vel in arithme-
tica videtur incurrere. Si enĩ nume
ros tollas: vnde triangulũ vel qua-
dratũ vel quicqđ in geometrica ver
sat̃: que omnia numerorũ denomi
natiua sunt. At vero si quadratũ tri
angulũq; sustuleris: omnisq; geome
trica consũpta sit: tres ꝛ quatuor: ali
orũq; numerorꝫ non peribunt voca
bula. Rursum cũ aliquã geometri-
cã formã dixero: est illi simul nume-
rorũ nomẽ implicitũ. Cũ numeros
dixero nondũ vllã formã geometri
cã nominaui. Musica vero quã pri
or sit numerorũ vis: hinc maxime p̄
bari potest: quod nõ modo illa: na
tura priora sunt quę per se constant
quã illa quę ad aliquid referunt̃: sꝫ
etiaꝫ ea ipsa musica modulatio nu-
merorꝫ nominib⁹ annotat̃. Et idem
in hac euenire potest: qđ in geome-
trica predictũ est. Diatesseron enim
ꝛ diapẽte: ꝛ diapason: ab antecedẽ
tis numeri noĩb⁹ nũcupant̃. Ipsorũ
quoq; sonorꝫ aduersus se ꝓportio: so
lis neq; alijs numeris inuenit̃. Qui
enĩ sonus in dyapason symphonia
est: idem duplicꝭ numeri ꝓportione
colligit̃. Que dyatesseron est modu
latio: epitrita collatione componit̃.
Quã dyapente symphoniã vocant:
hemiolia medietate coniungit̃. Qui
in numerꝭ epogdous est: id est ton⁹
ĩ musica. Et ne singula ꝑseq laborẽ
hui⁹ operis sequẽtia quãto prior sit
arithmetica sine vlla dubitatiõe mõ
strabit. Sphericã vero atq; astrono
micã tãto p̄cedit: quãto duę reliquę
disciplinę hanc tertiã natura prece-
dunt. In astronomica enim: circuli
sphera: centrum: paraleliq; circuli
mediusque axis est: quę omnia ge-
ometricę disciplinę cura sunt. Qua-
re est etiam ex hoc ostendere senio-
rem geometricę vim quod omnis
motus est post quietem: et natura
semper statio prior est. Mobilium

vero astronomia: immmobilium geometrica doctrina est: vel quod armonicis modulationib⁹ motus ipse celebratur astrorum. Quare constat quoque musicę vim astrorū cursus antiquitate p̄cedere: quā superare natura arithmeticā dubiū nō est: cū prioribus quā illa ē antiquior videat̄. Proprie tamen ipsa numerorū natura: omnis astro℞ cursus: omnisq̄ȝ astronomica ratio cōstituta ē. Sic enī ortus occasusque colligim⁹ sic tarditates velocitatesque errātiū siderum custodimus: sic defectus ⁊ multiplices lunę variationes agnoscimus. Quare qm̄ prior vt claruit arithmeticę vis est: hinc disputationis sumamus exordium.

De substantia numeri. Cap̄. 2.



Omnia quęcūque a p̄meua re℞ natura cōstructa sūt: numero℞ vident̄ ratione formata. Hoc enī fuit principale in animo cōditoris exemplar. Hinc enī quatuor elemētorū m̄ltitudo mutuata est: hinc temporū vices: hinc motus astrorū celique conuersio. Quę cum ita sint cūque omniū status: numero℞ colligatione fungat̄: eū quoque numerū necesse est in ꝓpria semꝑ sese habentē ęqualiter substantia ꝑmanere: eū que cōpositū non ex diuersis. Quid enī numeri substantiā ꝯiungeret: cū ipsius exemplū cuncta iunxisset: sed ex seipso videtur esse cōposit⁹. Porro aūt nihil ex similibus cōponi videtur: nec ex his quę nulla rationis ꝓportione iungunt̄: ⁊ a se omni substantia naturaque discreta sunt. Cōstat ergo quoniam coniunctus est numerus: neque ex similibus esse cōiunctū: neque ex his quę ad se inuicē nulla ratione ꝓportionis hęrent. Erunt ergo numeros prima quę cōiungant ad substantiam quidē quę constent: semꝑque permaneāt. Neque enī ex non existentib⁹ effici quicquā potest: ⁊ sūt ipsa dissimilia ⁊ potentia cōponendi. Hęc aūt sunt qb⁹ numerus constat: par atque impar. Quę diuina quadā potētia cū dispa ria sint ꝯtrariaque: tamē ex vna genitura ꝓfluunt: ⁊ in vnā cōpositionē modulationēque iungunt̄.

De diffinitione numeri et diuisione paris ⁊ imparis. Cap̄. 3.



Et primū quid sit numerus diffiniendū est. Numerus est vnitatum collectio: vel quātitatis aceruus ex vnitatibus ꝓfusus. Huius igitur prima diuisio est: in imparem atque parem. Et par quidē ē: q̄ pōt in ęqualia duo diuidi vno medio non intercidēte: impar vō quē nullus in ęqualia diuidit q̄ð in medio p̄dict⁹ vn⁹ intercidat. Et hęc qdē huiusmodi diffinitio vulgaris est ⁊ nota.

Diffinitio numeri paris ⁊ imparis scd̃m pythagorã. Cap̃.4.



Lla aũt scd̃m pytagoricã disciplinam talis ẽ. Par numerus est q̃ sub eadez diuisiõe põt in maxima paruissimaq₃ diuidi: maxima spacio: paruissima quantitate: secundum duoꝝ istoꝝ generũ cõtrarias passiones. Impar v̄o numerus est: cui hoc quidẽ accidere non põt: sed cuiꝰ in duas inęquales sũmas naturalis est sectio. Hoc est aũt exemplar. ut si quislibet datus par numerus diuidatur: maioꝛ quidez quãtũ ad diuisionis spacia pertinet nõ inuenieẽ quã discreta medietas. quãtitate v̄o nulla minoꝛ fit: quã in gemina facta partitio. vt si par numerus qui est. 8. diuidatur in. 4. atque alios. 4. nulla erit alia diuisio quę maiores partes efficiat. Porro aũt nulla erit alia diuisio quę totuz numeꝝ minore diuidat quãtitate. In duas enĩ partes diuisioue nihil minus est. Cũ enĩ totũ quis fuerit trina diuisione partitus: spacij quidez sũma minuiẽ sed numerus diuisionis augeẽ. Quod aũt dictũ est scd̃m duoꝝ generũ contrarias passiones huiusmodi est. Prędocuimus eniz quãtitatẽ in infinitas pluralitates accrescere: spacia vero id est magnitudines in infinitissimas minui paruitates: atque ideo hic cõtra euenit hęc nãque paris diuisio: spacio est maxima paruissima quãtitate.

Alia scd̃m antiquiorẽ moduz diuisio paris ⁊ imparis. Cap̃.5.



Ecũdũ antiquiorez v̄o modũ alia ẽ paris numeri definitio. Par numerꝰ est qui ĩ duo equalia: ⁊ in duo ĩequalia partitionem recipit: sed ut in neutra diuisione: vel imparitati paritas: uel paritati imparitas misceatur: pręter solũ paritatis principem binariũ numerũ qui inęqualẽ nõ recipit sectionẽ: propterea quod ex duabus vnitatibus constat ⁊ ex prima duorum quodãmodo paritate. Quod autez dico tale est. Si eniz ponaẽ par numerus: põt in duo equalia diuidi: ut denariꝰ diuidiẽ in quinos. Porro aũt ⁊ per inęqualia ut idez denarius in. 3. ⁊ in. 7. Sed hoc modo ut cuz vna pars fuerit diuisionis par: alia quoq₃ par inueniatur: et si vna impar: reliqua ab eiꝰ imparitate nõ discrepet. vt ĩ eodẽ numero qui est denarius. Cum enim diuisus est in quinos: vel cuz in. 3. ⁊ in. 7. vtręque in vtraque portiõe partes impares extiterunt. Si aũt ipse vel alius numerus par diuidatur in ęquales: ut octonarius in. 4. ⁊ in. 4. ⁊ item p̄ inequales vt idem octonarius in. 5. ⁊ in. 3. in illa quidẽ diuisiõe vtręque partes pares factę sunt: in hac vtręque impares extiterũt. Neq₃ vnquã fieri põt: vt cuz vna pars diuisionis par fuerit: alia impar ĩueniri queat at cum vna impar fit: alia par possit intelligi. Impar v̄o numerus est

qui ad quālibet illam diuisionez: p inęqualia semper diuidit: ut vtrasq3 species numeri semp ostendat: nec vnquā altera sine altera sit: sed vna pars paritati: imparitati alia deputat. ut. 7. si diuidas in. 3. ⁊ in. 4. altera portio par: altera impar est. Et hoc idē in cūctis imparibus numeris inuenit. Neque vnquā in imparis diuisione preter se esse possunt hę geminę species quę naturaliter vim numeri substātiāque cōponūt.

Diffinitio paris ⁊ imparis per alterutrum. Cap. 6.



Quod si hec etiaz p alterutras species definienda sunt: dicet imparē numeruz esse qui vnitate differt a pari: vel incremēto: vel deminutione. Itē par numerus est q vnitate differt ab impari vel incremento vel deminutione. Si eni pari vnū dempseris vel vnū adieceris: impar efficit: vel si impari idem feceris: par continuo pcreatur.

De principalitate vnitatis. Cap. 7.



Omnis quoq3 numerus circū se positorū ⁊ naturali sibimet disposi tione iunctoꝝ medietas est. Et qui sup duos illos sūt q medio iungunt si componant: etiaz ipsoꝝ supradictus numerus media portio est. ⁊ rursus illoꝝ qui sunt super secundo loco iūctos cuz ipsi quoque sint compositi prior his numerus medietatis loco est: ⁊ hoc erit vsque duz occurrēs vnitas terminuz fecerit. Ut si ponat quis quinariū numerū altrinsecus circa ipsūz sunt supra. 4. inferius sex. Hi ergo si iūcti sunt: faciūt. 10. quorū. 5. numerus medietas est. Qui aūt circa ipos id est circa. 6. ⁊. 4. sunt. 3. scilicet et. 7. idem si iuncti sūt eorum quinarius numerus medietas est. Rursus istoꝝ qui altrinsecus positi sunt si iungant: etiā hi quinarij numeri dupli sunt. Nam super. 3. sunt 2. sup. 7. sunt. 8. Hi ergo si iuncti sūt faciunt. 10. quoꝝ quinarius rursus medietas est. Hoc idē in omnibus numeris euenit: vsque dum ad vnitatis terminum pueniri queat. Sola eniz vnitas circū se duos terminos non habet: atque ideo eius qui est prope se solius est medietas. Nam iuxta vnum solus est binarius naturaliter constitutus cuius vnitas media pars est. Quare constat primuz esse vnitatez cunctorum qui sunt in naturali dispositionę numerorum ⁊ eam rite totius quāuis prolixę genitricem pluralitatis agnosci.

Diuisio paris numeri. Cap. 8.


Aris autem numeri species sunt. 3. Est enim vna que dicit pariter par: alia vero pariter impar. tertia impariter par Et contraria quidem: locaque optinentia summitatum: videntur esse pariter par: et pariter impar. Medietas autem quedam que vtrorumque participat est numerus qui vocatur impariter par:

De numero pariter pari eiusque proprietatibus. Cap. 9.


Ariter par numerus est: qui potest in duo paria diuidi: eiusque pars in alia duo paria partisque pars in alia duo paria: vt hoc totiens fiat: vsque dum diuisio partium ad nuisibilem naturaliter perueniat vnitatem. Ut. 64. numerus habet medietatem. 32. hic autem medietatem. 16. hic vero. 8. hunc quoque quaternarius in equa partitur qui binarij duplus est. sed binarius vnitatis medietate diuiditur. que vnitas naturaliter singularis non recipit sectionem. Huic numero videtur accidere vt quecunque eius fuerit pars cum nomiue ipso vocabuloque pariter par inueniatur: tum etiam quantitate. Sed ideo mihi videtur hic numerus pariter par vocatus: quod eius omnes partes et nomine et quantitate pares pariter inueniantur. Quomodo autem et nomine et quantitate pares habeat partes hic numerus post dicemus. Horum autem generatio talis est. Ab vno enim quoscunque in duplici proportione notaueris: semper pares pariter procreantur. Preter hanc autem generationem ut nascantur aliter impossibile est. Huius autem rei tale videtur per ordinem descriptionis exemplum. Sintque cuncti duplices ab vno. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. atque hinc si fiat infinita progressio: tales cunctos inuenies. factique sunt ab vno in duplici proportione: et omnes sunt pariter pares. Illud autem non minima consideratione dignum est: quod eius omnis pars ab vna parte quacunque que intra ipsum numerum est denominatur: tantamque summam quantitatis includit: quota pars est alter numerus pariter paris illius qui eum continet quantitate. Itaque fit ut sibi partes ipse respondeant: ut quota pars vna est: tantam habeat altera quantitatem: et quota pars ista est: tantam in priore summam necesse sit multitudinis inueniri. Et primum fit si pares fuerint dispositiones: ut due medie partes sibi respondeant. post vero que super ipsas sunt sibi inuicem conuertantur: atque hoc idem fiat donec vterque terminus extremitates incurrat. Ponatur enim pariter paris ordo ab vno vsque. 128. hoc modo. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. et ea sit summa maxima. In hac igitur quoniam pares dispositiones sunt: vna medietas non potest inueniri. Sunt igitur due: id est. 8. et. 16. que considerande sunt queadmodum ipse sibi respondeant. Totius enim summe id est 128. octaua pars est. 16. sextadecima. 8. Rursus super has partes que sunt: ipse sibi inuicem respondebunt:

id est.32.et.4..Naȝ.32. quarta ps ē toti⁹ sūmę .4. vō trigesimasecūda Rursus sup has partes.64.secūda pars est .2. vero sexagesimaquarta. Donec extremitates limitem faciant: quas dubium non est eadem responsione gaudere. Est enim omnis summa semel. 128. vnus vero centesimus vigesimus octauus. Si autem impares terminos ponamus id est summas: idem enim terminos quod sūmas nomino: scdm imparis naturā potest vna medietas inueniri: atque vna sibi ipsa est responsura. Si enim ponat̃ hic ordo. 1.2.4.8. 16.32.64. vna erit sola medietas id est.8. Qui.8. summę toti⁹ps est octaua ⁊ sibiipsi ad denominationē quantitatēque conuertit̃. Eodēque modo sicut superius circa ipsuȝ qui sunt termini: donant sibi mutua nomina scdm proprias quantitates vocabulumque permutant. Nam.4. sextadecima pars est totius summe. 16.vero quarta. Et rursus super hos terminos .32. secunda pars est totius summę .2. vero trigesima secunda: ⁊ semel tota summa.64.sunt: sexagesimaquarta vero vnitas inuenit̃. Hoc igitur est quod dictum est: omnes ei⁹partes ⁊ nomine ⁊ quantitate pariter pares inueniri. Hoc quoque multa consideratione: multaque constantia diuinitatis perfectum est: ut ordinatim disposite minores summę in hoc numero ⁊ super seipsas coaceruatę: sequēti minus vno semper equent̃. Si enim vnum iungas his qui sequunt̃ duobus: fiunt.3.id est qui vno minus quaternario cadūt. Et si superiorib⁹ addas .4. sunt.7. qui ab octonario sequente sola vnitate vincuntur. Sed si eosdem.8.supradictis adiunxeris. 15.fient. qui par. 16.numeri existeret quantitati: nisi minor vnitas impediret. Hoc autem prima etiam numeri progenies seruat atq; custodit. Namque vnitas quę prima est: duobus sibi sequentibus sola est vnitate contractior: vnde nihil mirum est: totum summę crementū proprio consentire principio. Hęc aūt nobis cōsideratio maxime proderit in his numeris cognoscendis quos superfluos vel imminutos perfectosque monstrabimus. Illic enim coaceruata quantitas partium: numeri totius termino cōparat̃. Illud quoque nulla possumus obliuione trāsmittere: quod in hoc numero respondentibus sibi inuiceȝ partibus multiplicatis: maior extremitas eiusdeȝ numeri summaque conficit̃. Et primum si pares fuerint dispositiones medij multiplicant̃: atque inde qui super ipsos sunt: vsque ad supradictas extremitates. Si enim fuerint pares dispositiones: scdm naturaȝ paris duos in medio terminos cōtinebunt: ut in ea dispositione numerorum in qua extremus terminus. 128.finitur. In hoc enim numero medietates sūt .8.scȝ et. 16. q̄ ī se multiplicatę: maioris sūmā crescēte pluralitate ꝯficiēt. Octies eni 16.uel sedecies.8.si mltiplices. 128 sūma ꝯcrescit. Atq; hi numeri q sup eosdē sūt si multiplicent̃ ideȝ faciūt

Nam.4.et.32. in se si multiplices: supradictā faciēt extremitatē.4.enī trigies et bis:vel quater.32. ducti: 128.inmutabili necessitate cōplebūt. Atque hoc vsque ad extremos terminos cadit:id est. 1.z. 128.Semel enī extrem⁹ termin⁹. 128.est. Cēties vigies atque octies vnitate multiplicata:nihil de priore quātitate mutabit̄. Si aūt impares fuerint dispositiones:vnus medius termin⁹ inuenit̄:atque ipse sibi ꝓpria multiplicatione respondet. In eo nāque ordine numeroꝝ: vbi extremus termin⁹ 64.pluralitate concludit̄:sola inuenit̄ vna medietas:id est.8.Quam si octies id est in semetipsam multiplices.64.explicabit.Atque idem reddunt illi qui sup hanc medietatē sūt ut dudū hi qui super duas positi faciebant. Naʒ quater. 16.64.sunt:z sedecies.4.ideʒ complent. Rursus bis.32.facti a.64.non discedunt: z trigies bis duo:eosdē cumulāt: z semel.64.uel vnitas sexagies quater multiplicata: eundem numerū sine vlla varietate restituent.

De numero parit̄ impari eiusque proprietatibus. Cap. 10.



Ariter aūt impar numer⁹ est qui z ipse quidē paritatis naturā substantiam que sortitus ē: sed in contraria diuisione: nature numeri pariter paris opponit̄.Docebitur nāque ꝙ longe hic dissimili ratione diuidatur. Nam quoniā par est in partes equales recipit sectionem partes vero eius mox indiuisibiles atque insecabiles permanebunt: ut sunt.6. 10. 14. 18.22. z his similes. Mox enim hos numeros si in gemina fueris diuisione partitus: incurris in imparem quem secare nō possis. Accidit auteʒ his qđ omnes partes contrarie denominatas habent :ꝙ sunt quantitates ipsarum partium quę denominant̄. Neque vnquā fieri potest:ut quęlibet pars huius numeri:eiusdē generis denominationē quātitatēque suscipiat. Semper enim si denominatio fuerit par:quantitas partis erit impar: et si fuerit denominatio impar:quātitas erit par:ut in. 18.secunda eius pars est:id est media quod paritatis nomen est .9. quę impar est quātitas. Tertia vero quę impar est denominatio:sex :cui par pluralitas ē Rursus si cōuertas sexta pars quę par est denominatio : tres sunt: sed ternarius impar est. Et nona pars quod impar ē vocabulū.2.qui par numerus est. Atque ideʒ in alijs cūctis qui sūt pariter impares inuenit̄ Neque vnquā fieri potest:ut cuiuslibet partis: sit eiusdē generis nomē z numerus. Fit aūt hoꝝ procreatio numeroꝝ:si ab vno disponant̄ quicūque duobus differūt: id est omnibus imparibus naturali sequentia atque ordine cōstitutis. Nāque hi si per binariū numerū multiplicent̄ omnes pariter impares:rite plura-

litas dimensa efficiet. Ponatur enim prima vnitas. 1. et post hunc qui ab hoc duobus differt: idest tres: et post hunc qui rursus a superiore duobus id est. 5. et hoc in infinitum: et sit huiusmodi dispositio. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. Hi ergo naturaliter sequentes impares sunt: quos nullus in medio par numerus distinguit. hos si per binarium numerum multiplices: efficies hoc modo. bis vnum id est. 2. qui diuiditur quidem: sed eius partes indiuisibiles reperiuntur: propter insecabilis vnitatis naturam. Bis. 3. bis. 5. bis. 7. bis. 9. bis. 11. et deinceps ex quibus nascuntur hi. 2. 6. 10. 14. 18. 22. Quos si diuidas: vnam recipiunt sectionem: ceteram repudiantes: quod secunda diuisio ab imparis medietate partis excluditur. His autem numeris ad se inuicem quaternarij sola distantia est. Namque inter duo et sex numeros. 4. sunt. Rursus inter 6. et. 10. et inter. 10. et. 14. et inter. 14. et. 18. idem quaternarius differentiam facit. Hi nanque omnes quaternaria sese numerositate transcendunt. Quod idcirco contingit: quoniam primi qui positi sunt id est eorum fundamenta: binario se numero precedebant: quos quoniam per binarium multiplicauimus: in quaternarium numerorum creuit illa progressio. Duo enim per bis multiplicati: quaternarij faciunt summam. Igitur in naturalis numeri dispositione: pariter impares numeri quinto loco a se distant: solis: 4. se precedunt. 3. in medio transeuntes per binarium numerum multiplicatis imparibus procreati. Contrarie vero esse dicuntur he species numerorum: id est pariter par: et pariter impar. quod in numero pariter impari sola diuisionem recipit maior extremitas: in illo vero solus minor terminus sectione solutus est. et quod in forma pariter paris numeri: ab extremitatibus incipienti: et vsque ad media progredienti quod continetur sub extremis terminis idem est illi quod continetur sub intra se positis summulis. Atque hoc idem vsque ad duas medietates fuerit ventum in dispositionibus scilicet paribus. Si autem fuerint impares dispositiones quod ab vna medietate conficitur hoc idem sub altrinsecus positis partibus procreatur. Atque hoc vsque dum ad extremitates processio fiat In ea enim dispositione que est. 2. 4. 8. 16. idem reddunt. 2. per. 16. multiplicati: quod. 4. per octonarium numerum ducti. Utroque enim modo 32. fient. Quod si impar sit ordo ut est. 2. 4. 8. idem facient extremi quod medietas. Bis enim. 8. sunt. 16. quatuor quater sunt. 16. qui numerus a quaternario in se ducto perficitur. In numero vero pariter impari si fuerit vnus in medio terminus: circum se positorum terminorum si in vnum redigantur medietas est. Et idem eorum qui super hos sunt terminos medietas est. Atque hoc vsque ad extremos omnium terminorum vt in eo ordine qui est pariter imparium numerorum. 2. 6. 10. iunctus binarius cum denario 12. explet. cuius senarius medietas inuenitur. Si vero fuerint due medietates iuncte: ipse vtreque equales erunt

super se terminis constitut(.ut est in hoc ordine.2.6. 10. 14. Juncti eniz 2.z. 14.in. 16. crescunt: quos sena/rius cuz denario copulatus efficiet Atque hoc in numerosioribus ter/minis initio sumpto a medijs eue/nit vsque duz ad extrema veniat.

De numero impariter pari eiusque proprietatibus. Cap. 11.



Mpariter par nu/mer⁹ est ex vtrisque cōfectus z medietatis loco gemina ex/tremitate concludi tur.ut qua ab vtro/que discrepet:eadē ad alterutrū cognatione iungatur. Hic aūt talis ē qui diuidit in equas partes. cuiusque pars in alias eq̄s diuidi pōt: z etiaz aliquādo partes partiū diuidunt:sed nō ut vsque ad vnitatem progrediat equabilis illa distinctio:ut sunt.24.z.28. Hi eniz possunt in medietates diuidi: z eo/ruz rursus partes in alias medieta/tes sine aliqua dubitatione soluunt. Sunt etiam quidā alij numeri quo/rū partes alias recipiunt diuisiones sed ipsa diuisio ad vnitatē vsque nō puenit. Igitur in eo quod plus q̄ꝫ vnā suscipit sectionē:habet sīltudi/nem pariter paris:sed a pariter im/pari segregat. In eo vō quod vsque ad vnū sectio illa non ducit:pariter imparē nō refutat:sed a pariter pa/ri disiungit. Contingit aūt huic nu/mero z vtraque habere que supio/res nō habent: z vtraque que illi re/cipiunt optinere. Et habet quidem quod vtrique non habent:quod cū in vno solus maior terminus diui/deret: in alio vero solus minor ter/minus non diuideret:in hoc neque solus maior terminus diuisionē re cipit: neque minor solus termin⁹ a diuisione seiungit. Naz z partes sol uunt z vsque ad vnitatez sectio illa nō puenit. sed ante vnitatem inue/nitur terminus quem secare nō pos sis. Optinet aūt que illi quoq̄ꝫ reci/piunt: quod quedā partes eius re/spondent:denominantque scđm ge nus suū ad propriā quantitatē: ad similitudinez scilꝫ pariter paris nu/meri. Alie vero partes cōtrariā de/nominationē sumunt proprie quan titatis ad pariter imparis scilicꝫ for mam. In.24.enim numero par est quātitas partis a pari numero de/nominata. Nam quarta .6. secūda vero. 12. sexta vero.4. duodecima 2.que vocabula partiū a quantita/tis paritate nō discrepant. Contra/rie vero denominant cū tertia pars octo:octaua vō .3.vigesima autem quarta. 1.q̄ denominatiōes cū pa/res sint inueniunt impares quanti/tates.z cum sint pares summe:sunt impares denominatiōes. Nascunt aūt tales numeri ita ut substantiaz naturāque suam in ipsa etiaz ppria generatione designēt:ex pariter pa ribus z pariter imparibus procrea/ti. Pariter eniz impares cuncti du dum ordinatim positis imparibus nascebantur. pariter vero pares ex duplici pgressione. Disponant igit omnes in ordinem naturaliter im/


pares et sub his a quatuor inhoātes omnes duplices et sint hoc modo.

3	5	7	9	11	13
4	8	16	32	64	128

His igitur ita positis: si primus primi multiplicatione cōcrescat: id est si quaternarij ternarius: uel si idem primus secūdi: id est octonarij ternarius vel si idē primus tertij idest 16. ternari⁹ et idem vsq; ad vltimū: uel si secūdus primi et secūdi: ul' si secundus tertij et eadē vsque ad extremū multiplicatio pferat. uel si terti⁹ a primo inchoās vsque in extremū trāseat. Atque ita quartus et omnes in ordinē superiores multiplicent eos qui sub ipsis in dispositione sūt omnes impariter pares procreabūt Huius aūt rei tale sumamus exemplū: si tres quater multiplices. 12. fient: uel si. 5. quatuor multiplicent 20. numerus excrescet: uel si itē. 7. multiplicent. 4. 28. succrescet: atque hoc vsque in finē. Rursus si. 8. multiplicent. 3. nascent. 24. Si. 8. in. 5. fiunt. 40. si. 8. in. 7. colligentur. 56. Atque ad hunc modū si omnes inferiores duplices: a superiorib⁹ multiplicent: uel si superiores eosdē inferiores multiplicent: cūctos qui nati fuerint impariter pares inuenies Atq; hęc est admirabilis huius numeri forma. quod cum fuerit ipsa dispositio descriptioque pspecta numerorū: ad latitudinem pariter impariū: ad longitudinem pariter parium numerorū proprietas inuenit. Sunt enim duabus medietatibus ęquales duę extremitates: uel vna medietate duę duplices extremitates. In lōgitudinē vero pariter paris numeri: rem pprietatēq ue designat. Quod enim sub duabus medietatibus cōtinet: ęquale est ei qd sub extremis cōficitur. uel quod ab vna medietate nascit: ęquale est illi quod sub vtrisque extremitatib⁹ cōtinet. Descriptio aūt quę supposita ē: hoc modo facta ē. Quātoscūque in ordine pariter parium numerorū ternarius numerus multiplicauit: quicūque ex eo procreati sunt: primo sunt versu dispositi. Rursus qui eosdem multiplicante quinario nati sunt: secundo loco constituti sunt. Post vero quos septenari⁹ cęteros multiplicando procreauit: eosdem tertio cōscripsimus loco: atque idē reliqua descriptionis parte perfecimus.

In hac formula sequenti similitudo pariter paris et pariter imparis ad impariter paris ostendit.

	3	5	7	9	
	4	8	16	32	



Longi 1152 tudo
576
2304
1600
3200
6400
medi etas
medi etas
·12·
·24·
·48·
·96·
·20·
·40·
·80·
·160·
·28·
·56·
·112·
·224
·36·
·72·
·144·
·288·
Lati 48 tudo
·80·
·40·
·96·
·56·
·112·
medi etas
medi etas
Lati 384 tudo
160·
320·
192·
448·
224·
medi etas
medi etas
medi etas
medi etas
12544
6272
3136
20736
5184
Longi 10368 tudo

Descriptiõis ad ĩpariter paris in latitudine: in longitudine ad pariter paris naturam pertinentis expositio. Cap. 12.



Uperi⁹ igit̃ digesteq̃ descriptionis hęc ratio est. Si ad latitudinez respicias: vbi ē duorũ terminoꝝ vna medietas: ipsosq̃ terminos iungas: duplos eos medietaté propria repies vt. 36. et. 20. faciunt. 56. quoꝝ medietas est. 28. qui medius est inter eos termin⁹ cõstitutus. Et rursus. 28. et. 12. si iungas faciunt. 40. quoꝝ. 20. medietas medius eoꝝ terminus inuenit̃. At v̾o ubi duas medietates habẽt: vtręque extremitates iunctę: vtrisq̃ medietatib⁹ ęquales fiunt ut. 12. et. 36. cuz iunxeris fiũt. 48. hoꝝ si medietates sibimet applicaueris id est. 20. ⁊ 28. idem erit. atque in alia parte latitudinis eodez ordine qui fiant numeri notati sunt. Neq̃ vlla in re ratio vtriusq̃ latitudinis discrepabit: idemque in eodez ordine in cęteris numeris ꝑnotabis. ⁊ hoc sc̃dm formam pariter imparis numeri fit: in quo hanc ꝓprietatez esse supra iam scriptũ est. Rursuz si ad lõgitudinez respicias vbi duo termini vnaz medietaté habẽt quod fit ex multiplicatis extremitatib⁹: hoc fit si medi⁹ terminus suę capiat pluralitatis augmenta. Nã duodecies. 48. faciunt 576. Medius v̾o eoꝝ termin⁹ id est 24. si multiplicet̃: eosdẽ rursus. 576. ꝓcreabit. Et rursus si. 24. in. 96. multiplicent̃ faciũt. 2304. Quoꝝ medi⁹ termin⁹ id est. 48. si in semetipm̃ ducat̃: idem. 2304. ꝓcreant̃. Ubi autez termini duo duas medietates ĩcludunt: qđ fit multiplicatis extremitatib⁹: hoc idẽ reddit̃ in alterutrã sũmã medietatib⁹ ductis. Duodecies enim. 96. multiplicatis. 1152. procreant̃: due v̾o eoꝝ medietates id ē 24. et. 48. si in semetipsas multiplicent̃: eosdez. 1152. restituẽt. Atque hoc ē ad imitationez cognationẽq̃ numeri pariter paris: a quo participatione tracta hęc ei recognoscit̃ ingenerata ꝓprietas. Et in alio v̾o latere longitudinis: eadẽ ratio descriptioq̃ notata est. Quare manifestũ est hunc numeꝝ ex priorib⁹ duobus esse procreatũ: quoniã eoꝝ retinet proprietates.

De numero impari eiusque diuisione. Cap. 13.



Mpar quoq̃ numerus est: q a paris numeri natura substãtiaq̃ disiunct⁹ est. Siquidẽ ille in gemina mẽbra ęqua diuidi põt: hic ne secari queat vnitatis impedit interuẽtus. Tres habet similit̃ sub diuisiones. quaꝝ vna ei⁹ pars est is numerus qui vocat̃ prim⁹ ⁊ incõposit⁹ Sc̃da v̾o qui est secũdus ⁊ cõposit⁹ Et tertia is qui quadã hoꝝ medietate cõiunctus est: ⁊ ab vtriusq̃ cognatione aliquid naturalit̃ trahit q est ꝑ se quidẽ secũdus ⁊ cõpositus: sed ad alios comparatus primus ⁊

incōpositus inuenit̃.

De primo ⁊ incōposito. Cap. 14.



T primus quidē ⁊ incōpositus est q̄ nullā aliā ꝑtē habꝫ nisi eā que a tota nūeri quātitate denominata sit. vt ip̄a pars nō sit nisi vnitas ut sūt .3.5.7.11. 13.17.19.23.29.31. In his ğ singulis nulla vnq̄ꝫ alia ꝑs inueniet̃: nisi que ab ip̄is denoīata est: ⁊ ip̄a tantū vnitas ut supra iā dictū ē. In tribus eni vna ꝑs sola est: id est tertia: q̄ a trib⁹ scꝫ denoīata est: ⁊ ip̄a tertia ꝑs vnitas. Eodēq̄ʒ mō quinarij sola quinta ꝑs est: ⁊ hec vnitas. atque ideʒ in singulis cōsequēs reperiet̃. Dicit̃ aūt prim⁹ ⁊ incōposit⁹ qđ nullus eū alter numerus metiat̃: preter solā que cunctis mater est vnitatē. Nāq̄ʒ ternariū .2. nō numerāt: idcirco qm̄ si solos duos ꝯtra tres cōpares pauciores sunt. Sin v̄o binariū bis facias: ampliorē trib⁹ cōcrescit i 3. Metit̃ aūt numer⁹ nūeꝝ: quotiēs uel semel ul' bis uel tertio ul' quotiens libet numer⁹ ad numeꝝ ꝯparat⁹ neq̄ʒ deminuta sūma neq̄ʒ aucta ad cōparati nūeri terminū vsq̄ʒ ꝑuenit ut duo si ad .6. cōpares: binari⁹ numer⁹ senariū tertio metiet̃. primos ğ ⁊ incōpositos null⁹ numer⁹ metiet̃: p̄ter vnitatē solā. qm̄ ex nullis alijs nūeris cōpositi sūt sꝫ tm̄ ex vnitatib⁹ in semetip̄is auctis mltiplicatisq̄ʒ ꝓcreant̃. Ter eni vn⁹ .3. ⁊ q̄nq̄es vnus q̄nq̄ʒ. ⁊ septies vn⁹ .7. fecerūt. Et alij q̄dē quos sup̄ descripsim⁹ eodē mō nascunt̃. Hi aūt in semetipsos multiplicati: faciūt alios nūeros velut primi. eosq̄ʒ primā reꝝ substātiā vimq̄ʒ sortitos: cūctoꝝ a se ꝓcreatoꝝ velut q̄dā elemēta repies. q2 scꝫ ⁊ incōpositi sūt: ⁊ simplici ḡnatione formati: atq̄ʒ i eos oēs q̄cūq̄ʒ ex his ꝓlati sūt nūeri resoluunt̃. ip̄i v̄o neq̄ʒ ex alijs ꝓducunt̃: neq̄ʒ i alia reducunt̃.

De secūdo ⁊ cōposito. Cap. 15.



S Ecūd⁹ v̄o ⁊ cōposit⁹ ⁊ ip̄e q̄dē impar ē ꝓptea, qđ eadē imparis ꝓprietate format⁹ ē: sꝫ nullā in se retinet sbstātiā p̄ncipalē cōpositusq̄ʒ ē ex alijs nūeris. habetq̄ʒ ꝑtes: ⁊ a seip̄o ⁊ ab alieno vocabulo denoīatas. sed a seip̄o denoīatā ꝑtē solā sp̄ i his inuenies vnitatē. ab alieno v̄o vocabulo vl' vnā: vl' quotlibꝫ alias: quāti fuerint scꝫ numeri q̄bus ille cōpositis ꝓcreat̃. vt sūt hi .9. 15. 21. 25. 27. 33. 39. Hoꝝ ğ singuli habēt q̄dē a se denoīatas ꝑtes ꝓprias scꝫ vnitates. vt .9. nonā id est .1. 15. q̄ntādecimā: eādē rursus vnitatē. ⁊ i ceteris quos sup̄ descripsim⁹ idē cōuenit. Habēt etiā ab alieno vocabulo ꝑtes. vt .9. tertiā: id est ternariū. ⁊ 15. tertiā: id ē .5. et q̄ntā: id est .3. 21 v̄o tertiā: id ē .7. septimā .3: ⁊ i oibus alijs eadē ꝯsequētia ē. Secūd⁹ aūt vocat̃ hic nūer⁹: qm̄ nō sola vnitate metit̃: sꝫ etiā alio nūero a quo scꝫ cōiunct⁹ est. Neq̄ʒ hꝫ i se quicquā prin-

cipalis intelligentie. Nam ex alijs numeris procreatur. 9. quidem ex tribus. 15. vero ex tribus et. 5. et. 21. ex tribus et. 7. et ceteri eodem modo. Compositus autem dicitur eo quod resolui potest in eosdem ipsos a quibus dicitur esse compositus: in eos scilicet qui compositum numerum metiuntur. Nihil autem quod dissolui potest incompositum est: sed omni rerum necessitate compositum.

De eo qui per se secundus et compositus ad alium primus et incompositus est. Cap. 16



His vero contra se positis: id est primo et incomposito: et secundo et composito et naturali diuersitate disiunctis: alius in medio considerata. qui ipse quidem compositus sit et secundus: et alterius recipiens mensionem: atque ideo et partis alieni vocabuli capax: sed cum fuerit ad alium eiusdem generis numerum comparatus: nulla cum eo comuni mensura coniungitur: nec habebunt partes equiuocas ut sunt. 9. ad. 25. nulla hos comunis numerorum mensura metitur: nisi forte vnitas que omnium numerorum mensura comunis est. Et hi quidem non habent equiuocas partes. Nam que in. 9. tertia est: in. 25. non est: et que in 25. quinta est: in nouenario non est Ergo hi per naturam vtrique secundi et compositi sunt: comparati vero ad seinuicem primi incompositique reddunt: quod vtrosque nulla alia mensura metitur nisi vnitas que ab vtrisque denominata est. Nam in nouenario nona est: in. 25. vigesima quinta.

De primi et incompositi: et secundi et compositi: et ad se quidem secundi et compositi ad alterutrum vero primi et incompositi procreatione. Cap. 17.



Generatio autem ipsorum atque ortus huiusmodi inuestigatione colligitur. quam scilicet eratostenes cribrum nominabat: quod cunctis imparibus in medio collocatis: per eam quam tradituri sumus artem: qui primi: quive secundi: quique tertij generis videantur esse distinguitur. Disponantur enim a ternario numero cuncti in ordinem impares: in qualibet longissimam porrectionem. 3. 5. 7. 9. 11. 13 15. 17. 19. 21. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 35. 37. 39. 41. 43. 45. 47. 49. His igitur ita dispositis considerandum: primus numerus quem eorum qui sunt in ordine positi primum metiri possit. Sed duobus preteritis illum qui post eos est positus mox metitur. Et si post eundem ipsum quem mensus est: alij duo transmissi sunt: illum qui post duos est rursus metitur. Et in eodem modo si duos que reliquerit: post eos qui est a primo numero metiendus est. Eodemque modo relictis semper duobus a primo in infinitum pergentes metientur. Sed id

in vnis tribus treminis euenit: idem contingit in ceteris. Ex his igit̃ scđꝫ p̃cepti nostri ordinẽ videas primũ nasci multiplices: et in his duplices prius: de hinc triplos: deinde q̃dru plos: ⁊ ad eundẽ ordinẽ ꝯsequẽtes. Rursus multiplices si cõuertant̃: ex his supparticulares orient̃. ⁊ ex duplicibus quidẽ sesqualteri: ex triplicibus sesquitertij: ex quadruplis sesquarti: ⁊ ceteri in hunc modũ. Ex superparticularibꝰ vero cõuersis super partiẽtes nasci necesse ẽ. ita vt ex sesqualtero nascat̃ supbipartiens: sup tripartientẽ sesquitercius gignat: et ex sesquiquarto supquadripartiens Rectis aũt positis neqꝫ cõuersis prioribus supparticularibus multiplices superparticulares oriunt̃. Rect[is] vero superpartientibus multiplices superpartientes efficientur. Pręcepta aũt tria hec sunt: ut primũ numerũ primo facias parem: scđm vo primo ⁊ scđo: terciũ primo duobꝰ secũdis ⁊ tercio. Hoc igit̃ cũ in terminis ęqualibus feceris: ex his qui nascent̃ duplices erunt. De quibus duplicibus si idem feceris: triplices p̃creant̃. ⁊ de his quadruplices. atqꝫ ĩ infinitũ oẽs formas nũeri m̃ltiplices explicabit: iaceãt igit̃. 3. t̃mini ęq̃les.

1	1	1

Ponat̃ itaqꝫ primo primꝰ ęqualis id est vnus. Secũdus vero primo ⁊ secũdo id est. 2. tertius vero primo duobus secũdis ⁊ tercio par sit: id est vni ⁊ duobus vnis ⁊ vni. qđ sunt. 4. vt est descriptio.

1	1	1
1	2	4

Videsne vt duplici proportiõe sequẽs ordo texatur. Fac rursus idem de duplicibus vt sit primꝰ primo ęqualis: id est vni. secundus primo ⁊ secũdo: id est vni ⁊ duobus qui sunt. 3. tertius primo id est vni duobus secũdis id est. 4. ⁊ tertio id est quatuor. qui simul. 9. fiunt: et venit hec forma.

1	1	1
1	2	4
1	3	9

Rursus si de triplicibus idẽ feceris: continuꝰ quadruplus procreabitur. Sit enim primus primo ęquus id est vnus. sit secundus primo ⁊ secũdo ęqualis id est. 4. sit tercius primo duobus secundis et tercio ęqualis id est. 16.

1	1	1
1	2	4
1	3	9
1	4	16

Et in ceteris quidẽ ad hanc formã tribus his p̃ceptis vtemur. Si vero qui ex ęqualibus nati sunt multiplices eos disponamus: ⁊ secũdum hec pręcepta vertamus: ita vt conuerso sint ordine: sesqualter ex duplici procreabitur. sesquitercius ex triplici. sesquiquartus ex quadruplo. Sint enim. 3. duplices termini qui ex ęqualibus creati sunt ⁊ qui vltimus est primꝰ ponat̃ huiusmodi.

4	2	1

Et constituatur primo in hoc ordine primus par id est. 4. secũdus vero primo ⁊ scđo par: id est. 6. tertiꝰ vo p̃mo duobꝰ secũdis ⁊ tertio id est. 9.

4	2	1
4	6	9

Ecce tibi illa sesqualtera quantitas ex termino duplicitatis exoritur. Videamus nunc ad eundem modū ex triplici qui nascatur. disponant̄ eniꝫ triplices superiores: cōuerso scilicet ordine sicut driplex. hic est quoqꝫ ordo dispositus.

9	3	1

Ponatur ergo prim⁹ primo equus id est. 9. secundus primo et secundo id est. 12. tertius primo duobus secundis ꝛ tertio equus id est. 16.

9	3	1
9	12	16

Rursus secunda species superparticularis numeri id est sesquiterrius procreat⁹ est. Quod si idem de quadruplo quis facere velit: sesquiquartus continuo nascetur. vt monstrabit subiecta descriptio.

16	4	1
16	20	25

Ac si quis idem de cunctis in infinitum partibus multiplicatis faciat: conuenienter ordinem superparticularitatis inueniet. Quod si cōuersos superparticulares aliquis scđm hec precepta conuertat: continuo videat superpartientes accrescere. et ex sesqualtero quidem superbipartiens: ex sesquitertio supertripartiens procreatur. ꝛ ceteri scđm cōmunes denominatiōis species sine vlla ordinis interpolatione nascentur. Disponantur igitur sic.

9	6	4

Superioris igitur descriptionis primo prim⁹ equus numerus ascribat̄ id est. 9. secūdus vero primo ꝛ scđo: id est. 15. tercius vero primo: duob⁹ secūdis ꝛ tercio id est. 25.

9	6	4
9	15	25

Si ergo sesquitercium eodē modo vertamus: ordo supertripartiens inuenitur. fit enim prima propositio sesquitercij.

16	12	9

Ponatur secundū priorem moduꝫ primo par primus idest. 16. secūdus primo ꝛ secundo id est. 28. terci⁹ primo duobus secundis ꝛ tercio id est 49. Omnis ergo sūma disposita supertripartientes efficiet.

16	12	9
16	28	49

Rursus si sesquiq̄rtū eodē mō vteris supq̄driptiēs stati q̄ntitas pcreabit̄. vt ē ea forma quaꝫ suppositā vides.

25	20	16
25	45	81

Restat queādmodū ex supparticularib⁹ ꝛ suppartiētib⁹ mltiplices supparticulares: vł multiplices suppartientes nascant̄ ostendere. Quoꝝ binas tantū faciā descriptiōes. Nāqꝫ si rectū ꝛ nō ↄuersū sesqualterū ponimus: duplex supparticularis excrescit. fit enim hoc modo.

4	6	9

Ponat̄ scđm superiorē modū pmo prim⁹ equalis id est. 4. secūdus pmo ꝛ scđo id est. 10. terti⁹ primo duob⁹ secūdis ꝛ tercio equalis id est. 25.

4	6	9
4	10	25

AT que hec quidem duplex ses/qualtera summa producta est. Si vero sesquitertiũ non cõuersum ponamus: duplus sesquiterti⁹ inue/nit. vt subiecta descriptio docet.

9	12	16	
9	21	49	

AT vero si ad suppartientes ani mũ conuertamus: eosq; ordina tim scdm superiora precepta dispo/namus: multiplices superpartientes ordinati ꝓgenitos reperiem⁹. Dispo nat eni superpartiẽti hec formula.

9	15	25	

AScribatur ergo primus primo equus id est. 9. Secũdus p̃mo ⁊ scdo: id est. 24. tertius primo duo/bus secũdis ⁊ tertio id est. 64.

9	15	25	
9	24	64	

VIdes ne vt ex superbipartien te duplus supbipartiens exor tus sit. At vero si suptripartientẽ po nam: duplex sine dubio tripartiens inuenitur vt in subiecta descriptione perspicuum est.

16	28	49	
16	44	121	

SIc ergo de supparticularibus vel de suppartientibus multi/plices supparticulares vl' mltiplices suppartientes oriunt. Quare cõstat omniũ inequalitatũ eq̃litatẽ eẽ p̃n/cipiũ. ex eadem eni inequalia cũcta nascunt. Ac de his quidẽ hactenus differendũ esse credidim⁹ ne vel infi nita sectemur: vel circa res obscuris/simas ingredientiũ animos detinẽ tes: ab vtilioribus moraremur.

Finit liber primus.

Incipiunt capitula libri secũdi.

1025

Finiunt capitula

Incipit liber secundus.

Quemadmodũ ad equalitatem oīs inequalitas reducat̄. Cap. i.



Uperiorꝝ libri disputatōne digestum est: quē admodum tota inequalitatꝭ substātia a principe sui generis equalitate ꝓcesserit. Sed q̄ reꝝ elemēta sūt: ex eisdē principalit̄ oīa cōponunt̄: ꝛ in eadē rursus reso lutione facta resoluunt̄. Ut quoniā articularis vocis elemēta sunt littere: ab eis est syllabaꝝ ꝓgressa cōiunctio: ꝛ in easdeꝫ rursus terminat̄ extremas. eandēq̄ vim optinet sonus in musicis. Iā vo mundūꝫ. 4. corpa nō ignoramus efficere. Nāq̄ ut ait ex imbri terraq̄ aīa gignunt̄ ꝛ igni. sed in hec rursus eius. 4. elemēta fit postrema resolutio. Ita igit̄ qm̄ ex equalitatis margine cūctas inequalitatis species proficisci videm⁹: oīs a nobis inequalitas ad equalitatē rursus velut ad quoddā elementuꝫ proprij generis resoluat̄. Hoc auteꝫ trina rursus imperatione colligit̄. eaq̄ resoluendi ars. datis quibuslibet tribus terminis inequalib⁹ quidem: sed proportionaliter constitutis: id est: ut eandeꝫ medius ad primū vim proportionis optineat: quā qui est extremus ad mediū in quali bet inequalitatis rōne: vel in multiplicibus: vel in supparticularib⁹: vel in suppartientib⁹: vel in his que ex his procreant̄: hoc est multiplicibus supparticularibus: vel multiplicib⁹ suppartientibus eadem atq̄ vna ratione indubitata constabit. Propo sitis enim tribus ut dictū est terminis equis ꝓportionibus ordinatis: vltimū semꝑ medio detrahamus: ꝛ ipsum quidem vltimū primū terminū collocemus. quod de medio relinquit̄: secundū. De tertia vero ꝓpo sitoꝝ terminoꝝ sūma: auferem⁹ vnū primū ꝛ duos secundos eos qui de medietate relicti sunt. ꝛ id quod ex tercia sūma reliquit̄: terciū terminū cōstituem⁹. Uidebis igit̄ hoc facto in minorē modum sūmas reuerti: ꝛ ad principaliorē habitudinē cōparatiōes ꝓportionesq̄ reduci. ut si sit quadrupla proportio: primo ad triplam: inde ad duplā: inde ad equalitatē vsque remeare. Et si sit superparticularis sesquiquartus: primo ad sesquiterciū: inde ad sesqualteꝝ: postremo ad tres equales terminos redire. Hoc auteꝫ nos exempli gratia in multiplici tantum proportione docebimus. Sollertem vero in alijs quoque inequalitatis specieb⁹ id experientem: eadem ratio preceptorum iuuabit. Constituantur enim tres ad se termini quadrupli.

8	32	128

Aufer igitur ex medio minorē: id est ex trigintaduobus octonariū: relinquunt̄. 24. ꝛ primū octonariū terminū pones: secūdū vero quod reliquum fuerit ex medio: id est. 24 ut sint hi duo termini. 8. et. 24. De tertio vero: id est. 128. aufer vnum primū: id est. 8. ꝛ duos secūdos qui sūt reliqui: id ē bis. 24. ꝛ relinquunt̄ 72. His dispositis terminis: ex quadruplis ꝓpinquior equitati ꝓportio tripla redacta ē. Sūt enī hi termini

8	24	72

Ex his aūt ipsis idem si feceris: ad duplū rursus comparatio remeabit. Pone enim primū minori equum: id est. 8. ꝛ ex secundo aufer primum. 16. relinquent̄. Sed ex tertio id est ex. 72. aufer primum: id est. 8. ꝛ duos secūdos: id est bis. 16. ꝛ erit reliqua pars. 32. Quibus positis ad duplas proportiones habitudo redigit̄.

8	16	32

Idem vero ex his si fiat: rem omnē ad equalitatis summas eliquabimus. Pone enī primum minori equum: id est. 8. ꝛ aufer ex. 16. octonariū: remanent. 8. quibus dispositis: ex tertio id est. 32. sumptis primo: id est. 8. ꝛ duobus secundis id est octonarijs: supsūnt. 8. Quib⁹ dispositꝭ prima nobis equalitas cadit. ut subiecte summule docent.

8	8	8

Hinc igit̄ si quis ad alias inequalitatis species animum tendat eandem conuenientiam intitubant̄ inueniet. Quare pronunciandū est: nec vlla trepidatione dubitandum quod quemadmodum per se constantis quātitatis vnitas principiū ꝛ elementum est: ita ꝛ ad aliquid relate quātitatis equalitas mater est. Demonstrauimus enim quod hinc ꝛ eius ꝓcreatio prima foret: ꝛ in eā rursus postrema solutio est.

De inueniendo in vnoquoqꝫ numero quot numeros eiusdē ꝓportionis possit precedere: eorūqꝫ descriptio: descriptiōisqꝫ expositio. Ca. 2.



Est aūt quedam in hac re profunda ꝛ mirāda speculatio ꝛ ut ait nicomach⁹ ennoecophaton theorema ꝑficiēs. ꝛ ad platonicam in timeo anime generationē. ꝛ ad interualla armonice discipline. Ibi enī iubemur ꝓducere atqꝫ extēdere tres uel quatuor sesqualteros: vl' quotlibet sesquitertias ꝓportiōes: ꝛ sesquiq̄rtas cōꝑationes. easqꝫ scd̄m ꝓpositū ordinē sepe ꝯtinuas iubemur extendē. Ne aūt hoc labore quodā sp̄ qdē maxio: frequenti⁹ inferaci fiat: hac nobis rōne ī quot nūeris quāti possint esse supparticulares īuestigādū est. Oēs enī multiplices tantaꝝ similium sibimet ꝓportionū ꝑncipes erunt: quotꝭ ipsi loco ab vnitate discesserunt. Quod autem dico sibimet similiū: tale est: ut dupli semper multiplicitas ut superius dictum est sequalteros creet. ꝛ triplex

sit dux sesquitertiorū: quadruplus sesquiquart(. Primus ergo duplex vnū solū habebit sesqualterū. secundus duos. tertius tres. quartus ·4· ⁊ scdm hunc ordinē eadē fit in infinitum progressio. Neq; vnquā fieri pōt: ut uel supet ꝓportionū numerū vel ab eo sit deminutior ęquabilis ab vnitate locatio. Prim⁹ ergo duplex est binarius numerus: qui vnū solum sesqualtex recipit: id est ternariū. Binarius enim cōtra ternariū cōparatus sesqualterā efficit ꝓportionē. Ternarius vo quoniā medietatē nō recipit: nō est alter numerus ad quē in ratione sesqualtera cōparet. Quaternari⁹ vo numerus secūdus duplus est. hic g° duos sesqualteros pręcedit. Est enim ad ipsum quidē cōparatus senarius numer⁹ ad senariū vo quoniā medietatem habet: nouenari⁹. ⁊ sūt duo sesqualteri. ad ·4· scilicet ·6· ad sex vo ·9· Nouenarius vo quoniā medietate caret: ab hac compatione seclusus est Tertius vo duplex est ·8· hic ergo ·3 sesqualteros antecedit. Comparat enim ad ipsum duodenarius numerus. ad duodenariū ·18· ad ·18· rursus ·27· At vo ·27· medio caret. Idē quoq; in sequentib⁹ euenire necesse est. quod nos cum propria ordinatione subdidimus. Semp eniz hoc diuina quadā nec humana constitutione speculationibus occurrit: ut quotiēscūq; vltimus numerus inuenit: qui loco duplicis ab vnitate sit par: talis sit ut in medietates diuidi secarique non possit.

Latitudo

1	2	4	8	16	32
	3	6	12	24	48
	an	9	18	36	72
		gu	27	54	108
			la	81	162
				ris	243

IDem contingit etiam in triplicibus. ex illis enim sesquitertij pcreant. Naz quoniā primus triplex est ternarius numerus: habet vnuz sesquiterciū: id est ·4· Cuius quaternarij tertia ps nō pōt inueniri: atq; ideo hic epytrito caret. Secundus vo qui est nouē habet ad se duodenariuz numex sesquitertiū. Duodenarius aūt quoniā habet tertiā ptē: in sesquitertia ꝓportiōe compat ad eum numerus sedecim: qui tertie ptis sectione solutus ē. Uigintiseptē aūt quoniā tertius est triplex: habet ad se sesquitertium trigintasex. ⁊ hic rursus ad quadragintaocto eadem ꝓportione cōparat. Cui si sexaginta quatuor appositi fuerint: eandē rursus vim ꝓportionis explebūt. Quos sexagintaquatuor ad nullū sesquiterciū rursus aptabis: quoniā parte tertia nō tenent. Atque hoc in cunctis triplicibus inuenit: vt extremus eiusdez proportionis numerus tantos ante se precedētes habet: quanto primus eox ab vnitate discesserit Et qui tot sup se eiusdē ꝓportionis habuerit numeros quotus ab vnitate primus eorum iacet: eius pars qua illi compatus numer⁹ possit eādē facere ꝓportionē inueniri neqt Et triplicis quidē hęc est descriptio

Latitudo.

1	3	9	27	81	243
	4	12	36	108	324
an/		16	48	144	432
	gu/		64	192	576
		la/		256	768
			ris		1024

At quadrupli scđm hāc formaʒ descriptio est: ad quam scilicet qui a prioribus instruct⁹ accesserit: nulla rōne trepidabit: ⁊ de ceteris q̄dem multiplicibus eandem conuenientiā pernotabit.


Latitudo

1	4	16	64	256	1024
	5	20	80	320	1280
an/		25	100	400	1600
	gu/		125	500	2000
		la/		625	2500
			ris		3125

Hinc quoq₃ ꝑspicuū est: supparticulariū quēadmoduʒ prius ostensū est: primos esse multiplices. Siquidē duplices sesqualteros: triplices sesquitertios: ⁊ cūcti multiplices cunctos in ordinē supparticulares creāt. Est etiā in his hoc quoq₃ mirabile. Nāque vbi prima latitudo fuerit duplex: ⁊ sub eisdem q̄ sūt versus continui alternatim positi: scđm seriē latitudinis duplices erūt. Si vō fuerint triplices: ⁊ inferiores ordines tripla se ī suis terminis mł/tiplicatione supabūt. At in quadrupla quadrupli. atq₃ hoc infinita ductū speculatione non fallit. Angulares aūt omniuʒ multiplices euenire necesse est. Erūt aūt dupliciū quidē triplices: tripliciū quadruplices quadruploruʒ vō quincupli. ⁊ scđm eandem ordinis incōmutabileʒ rationē sibimet cūcta cōsentient. Quibus expositis ad sequētē opis seriē cōpetens disputatio cōuertat̄.


Quod multiplex interuallum ex quibus supparticularibus medietate posita interuallis fiat: eiusq₃ inueniendi regula. Cap. 3.


Si igit̄ due prime supparticulares species coniungant̄: prima species multiplicitatis exorit̄. Omnis enī duplex ex sesqualtero sesquitertioq₃ componit̄: ⁊ ⁊ omnis sesqualter ⁊ sesquiterti⁹ duplicem iungunt. Nam ternari⁹ sesqualter est duorū: quatuor vero sesquitertius ternarij. sed .4. duplus duorum.




Si igit̄ sesqualter ⁊ sesquiterti⁹ vnū duplicē componūt. At vō si fuerint medietas ⁊ duplus: int̄ dupliceʒ ⁊ mediū potest vna medietas talis inueniri: que ad alteram extremitatē sesqualtera sit: ad alterā ses/


quitertia. Altrinsecus enim positis senario & ternario: id est duplici & medietate: si quaternari⁹ in medio collocetur: ad ternariū numerū sequitertiam continet rationem: ad senariū vero sesqualteram.




REcte igitur dictum est: & duplicem a sesqualtero sesquitertioque coniungi: & has duas supparticularis species duplicem procreare id est primā speciez multiplicis quātitatis. Rursus ex prima multiplicis specie: id est ex duplici: & prima supparticulari: id est sesqualtera continēs multiplicis species: idest tripla coniungitur. Nāq3. 12. senarij numeri duplus est: decem vero & octo ad duodenarium sesqualter: qui ad senarium numer triplus est.




ET positis eisdem. 6. et. 18. nouenarius in medietate ponatur. erit ad senarium sesqualter: qui ad 18. subduplus est. & ad senariuz. 18. triplus est.




EX duplici igitur & sesqualtero triplex ratio proportionis exoritur & in eas rursus resolutione facta reuocatur. Si autez hic: id est triplus numerus qui est species secunda multiplicis secunde speciei supparticularis aptetur: quadrupli continuo forma contexitur: & in easdem rursus partes naturali partitione soluetur: scd̄m modum quem superius demonstrauimus.



SI vero quadruplus sese ac sesquiquartus agglomerēt: quincuplus continuo fiet.



ET si qncuplus cuz sesqquinto: mox sescupli pportio ɔiugabitur



Atq3 ita scdm hac pgressionem cuncte multiplicitatis species si ne vlla rati ordinis pmutatione na scent. Ita vo ut duplus cu sesqualte ro triplice creet. ꝛ triplus cu sesqui tertio quadruplu. quadruplus cum sesquiquarto quincuplu. ꝛ ceteri eo de modo ut nullus hac cotinuatio nem finis impediat.

De p se costante quantitate que in figuris geometricis consideratur cois ratio oium magnitudinu. Cap. 4.



Ec quidem de quatitate quaz scdm ad aliqd speculamur ad psens dicta suf ficiat. Nuc aut in hac sequetia quedam de ea quantitate que p seipsaz constat neque ad aliquid refert expediam. que nobis ad ea prodesse possunt: que post hec rur sus de relata ad aliquid quantitate tractabim⁹. Amat enim quodamo do matheseos speculatio alterna p bationu ratione constitui. Nuc aut nobis de his numeris sermo futu rus est: qui circa figuras geometri cas ꝛ eaꝝ spacia dimensionesq3 ver sant. id est: de linearibus numeris: ꝛ de triangularib⁹ uel qdratis: cete risq3 qs sola pandit plana dimensio nec no de inequali lateꝝ copositioe coniunctis. De solidis etiam: id est: cubis: ꝛ sphericis uel pyramidis: la terculis etiam uel tignulis ꝛ cuneis que omnia quide geometrice pro prie considerationis sunt. S3 sicut ipsa geometrice scientia ab arithme tica velut quada radice ac matre p ducta est: ita etiam eius figurarum semina i primis numeris inuenim⁹. Planu siquidez fecimus quod oes disciplinas hec interempta consu meret quas minime costituta infir maret. Hoc aut cognoscendum est qd hec signa numeroꝝ posita que nunc quoq3 homines in sumaru de signatione describunt: no naturali institutione formata sunt. vt eni qui narij subiecta notula signant de. v. vel denarij quam descripsimus de x. et alias huiusmodi: non natura posuit: sed vsus affinxit. Quinq3 eni vel dece vel quotlibet alios: illis no tulis p compendio notare voluerut ne quotiens vnitates quis mostra re vellet: totiens ei virgule ducerent Nos aut quotiescuq3 aliquid mon strare volumus: in his presertiz for mulis: ordinataꝝ virgulaꝝ multitu dine non grauamur apponere. Cu enim quinq3 volum⁹ demonstrare: facim⁹ quinq3 virgulas: ducimusq3 eas hoc modo. I I I I I. ꝛ cu. 7. toti dem. ꝛ cu. 10. nihilhilomin⁹. qz natu rali⁹ est quemlibet numeꝝ quantas in se retinet: tot vnitatibus designa

re quam notulis. Est igit̃ vnitas vicem optinẽs puncti: interualli: longitudinisq́ꝫ principiuꝫ: ipsa vero nec interualli nec longitudinis capax. quemadmodũ punctum principiuꝫ quidem lineę est atque interualli: ipsum vero nec interuallũ nec linea. Neque enim punctum puncto suppositũ vllũ efficit interuallũ: velut si nihil nulli iungas. Nihil eniꝫ est qđ ex nullorum procreatione nascatur. Eadem quippe etiam circa ęqualitates proportio manet. Naꝫ si quotlibet fuerint termini pares: tantum quidem est a primo ad secundum: quantũ a secundo ad tertium. Sed inter primũ ꝛ secundũ: vel secunduꝫ ꝛ tertiũ: nulla est interualli longitudo vel spacium. Si enim tres senarios ponas hoc modo. 6. 6. 6. quemadmodũ primus est ad secundũ: sic est secũdus ad tertiũ. Sed inter primum ꝛ secundũ nihil interest. 6. enĩ ꝛ. 6. nulla spacij interualla disiũgũt. Ita etiam vnitas in seipsa multiplicata nihil procreat. Semel enim in vnum nihil aliud ex se gignit quam ipsa est. Naꝫ quod interuallo caret etiam vim gignendi interualla non recipit. quod in alijs numeris nõ videt̃ euenire. Omnis enim numerus in seipsum multiplicatus: aliũ quendam efficit maiorẽ quam ipse est. idcirco quoniã interualla multiplicata maiore sese spacij pluritate distendunt. Id vero quod sine interuallo est: plus quam ipsa est pariẽdi nõ habet potestatem. Ex hoc igit̃ principio: id est ex vnitate prima omniũ longitudo succrescit: quę a binarij numeri principio in cunctos sese numeros explicat. quoniã primũ interuallum linea est: duo vero interualla sunt lõgitudo ꝛ latitudo: id est linea ꝛ supficies. Tria ergo interualla sunt: lõgitudo: latitudo: altitudo: id est linea: superficies: atq́ꝫ soliditas. Preter hęc aũt alia interualla inueniri non possunt. Aut eniꝫ vnũ interualluꝫ erit quod longitudo est aut aliquid quod duobus interuallis expositum est: ut si qua res longitudinẽ habeat ꝛ latitudinẽ. uel trina interualli dimensione porrigit̃: si longitudine: altitudine: latitudineq́ꝫ censet̃. supra q̃ adeo nihil inueniri potest: ut ipsoꝝ sex motuũ formę ad interualloꝝ naturas ꝛ numerum componant̃. Unũ enim interuallũ duos in se continet motus. vt in tribus interuallis sex sese motuũ summa cõficiat hoc modo. Est enĩ in longitudine ante ꝛ retro: in latitudine sinistra ꝛ dextra: in altitudine sursum ac deorsum. Necesse est aũt vt quicquid fuerit solidum corpus: ꝫ habeat lõgitudineꝫ latitudineq́ꝫ ꝛ altitudinẽ. ꝛ quicquid hec tria in se continet: illud suo nomine solidũ vocet̃. Hęc enĩ tria circa omne corpus inseparabili coniunctione versant̃: ꝛ in natura corpoꝝ constituta sunt. Quare quicquid vno interuallo caret: illud corpus solidũ non est. Nam quod duo sola interualla retinet: illud superficies appellat̃. Ois enim superficies sola longitudine ꝛ latitudine continet̃: ꝛ hic eadem illa conuersio remanet. Omne enim quod superficies est: longitudinem

⁊ latitudinē retinet. ⁊ quod hęc retinet: illud est supficies. Hęc aūt supficies vno tātū interuallo solidi corporis dimensione superatͬ: quę vno rursus interuallo lineaꝫ vincit. quę lōgitudinis naturā retinens latitudinis expers est. Quę linea eo quod vnius ē interualli sortita naturam a supficie vno interuallo: a soliditate duobus spacijs vincitͬ. Punctuꝫ igitͬ alio rursus interuallo a linea vīcitͬ: ipsa scꝫ quę reliqua est lōgitudine. Quare si punctū vno quidē intͬuallo a linea supgreditͬ: idem a supficie vincitͬ duobus: tribus vero intͬualli dimensionibus a soliditate relinquitͬ: cōstat punctū ipsuꝫ sine vlla corporis magnitudine vel interualli dimēsione: cū ⁊ longitudinis ⁊ latitudinis ⁊ profunditatis expers sit omniū interualloꝝ esse principium: ⁊ natura insecabile: qđ greci athomon vocāt: id est ita diminutū atqꝫ paruissimū ut eius pars inueniri nō possit. Est igitͬ pūctū primi interualli principiū: nō tamē interuallū. ⁊ lineę caput: sed nondū linea. Sicut linea quoqꝫ superficiei principiū est: sed ipsa supficies non est. ⁊ secūdi interualli caput est: scđm tamen interuallū ipsa nō retinet. Idē quoqꝫ ⁊ ī supficiei rationē cadit; quę ⁊ ipsa solidi corporis ⁊ triplicis interualli naturalē sortitͬ initiū: ipsa vero nec trina interualli dimensione distenditͬ: nec vlla crassitudine solidatͬ.

De numero lineari. Cap. v.



Ic etiaꝫ in numero vnitas quideꝫ cū ipsa linearis numerus non fit: in lōgitudinē tamē distēti numeri pͥncipiū est. Et linearis numerus cū ipse totius latitudinis expers sit: in aliud tamē spacīū latitudinis extenti numeri sortitͬ initiū. Superficies quoqꝫ numeroꝝ cum ipsa solidū corpus nō fit: addita tamen altitudini solidi corporis caput est. Hoc aūt planius his exēplis liquebit. Linearis numerus est a duobus inchoans: adiecta semper vnitate in vnuꝫ eundēqꝫ ductuꝫ quantitatis explicata cōgeries. ut ē id quod subiecimus.


ll	lll	llll	lllll

De planis rectilineis figuris: qđqꝫ earū principiū sit triāgulus. Cap. 6.



Lana vero supficies ī numerꝭ inuenitͬ: quotiēs a tribus inchoatione facta addita descriptionis latitudine: in sequētiuꝫ se naturaliuꝫ numeroꝝ multitudine anguli dilatantͬ. ut sit prim⁹ triangulus numerus. secūdus quadratus. terci⁹ qui sub quinqꝫ angulis continetͬ: queꝫ pentagonū greci nomināt. quartus hexagon⁹: id est qui sex angulis includitͬ. quint⁹ heptagonus. sextus ogdogonus: id ē

qui.7.vel.8. angulorū terminis dilatant.⁊ ceteri eodē mō singillatim p naturalē numerū angulos augeāt in plana scꝫ descriptione figurarū. Hi vō idcirco a ternario numero inchoāt: quod latitudinis ⁊ supficiei solus ternari⁹ principiū est. In geometrica quoqꝫ idē planius inuenit. Due eni lineę rectę spaciū nō continent.⁊ omnis triangularis figura: vel tetragoni: vel pentagoni: uel hexagoni: vel cuiuslibet qui pluribus angulis cōtinet: si a medietate p singulos angulos lineę producant: tot eum diuidunt trianguli: quot ipsaꝫ figurā angulos habere contigerit. Quadratū eniꝫ ita ductę lineę in.4. pentagonū in.5.hexagonū in.6. heptagonū in.7.⁊ ceteros in suorū angulorū modo mensuraqꝫ p triangulos partiunt. ut est subiecta descriptio.



At vero triangula figura cū eāqꝫ ita diuiserit: in alias figuras nō resoluit nisi in seipsaꝫ.in tria eniꝫ triangula dissipat.




Adeo hec figura princeps est latitudinis: vt cetere oēs superficies in hanc resoluant: ipsa vō quoniam nullis est principijs obnoxia: neqꝫ ab alia latitudine sūpsit initiuꝫ in sese ipsa resoluat. Idē aūt ⁊ i numeris fieri seqnēs operis ordo mōstrabit.

Dispositio triangulorum numerorum: Cap.7.



Est igit prim⁹ triangul⁹ numer⁹ q solis trib⁹ vnitatib⁹ dissipat: scdm supficiei positionēꝫ triāgula scilꝫ descriptione: ⁊ post hunc quicūqꝫ equalitatē laterū in trina laterū spacia segregant.



De lateribus triangulorum numerorum. Cap. 8.



Ad hunc moduz in infinita progressio e: oesq ordine trianguli equilateri procreabunt. et primum omnium poniet id quod ex vnitate nascit: ut hec vi sua triangulus sit: non tame etia opere atq actu. Nam si cunctoz est mater numeroz: quicquid i his qui ab ea nascunt numeris inuenit: necesse est vt ipsa naturali quadam potestate cotineat. et hui trianguli latus est vnitas. Ternarius vero qui primus est opere et actu ipso triangulus: crescete vnitate binariu numeru latus habebit. Ui enim et potestate primi trianguli id est vnitatis vnitas latus e atu v e r o et opere trianguli primi: id est ternarij dualitas: quam greci dyada vocant. Secundi vero trianguli qui opere atque actu secundus e: id est senarij: crescete naturali numero in lateribus ternarius inuenitur. Tertij vero id est denarij quaternari latus otinet. et qrti vo id est 15. qnarius lat tenet. et quinti senarius. Idemque vsq in infinitu.

De generatione triangulox numerorum Cap. 9.



Nascunt aut trianguli disposita naturali quatitate numerorum: si priorib semper multitudo sequentium congreget. Disponat eniz naturalis numerus hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9


Ex his igit si primu numeru suma id e vnitate: habeo primu triangulu: qui est vi et ptate nonduz etiam actu nec ope. Huic si secuduz aggregauero qui in naturali numeroz dispositioe descriptus est id est binariu: primus mihi triagulus ope et actu nascit id est ternarius. Si vo huic tertiu ex naturali numero adiecero: secudus mihi ope et actu triangulus pcreat. Sup vnu enim et duo si tertiu id est ternariu aggregauero senari extendit: secudus sez triangulus. Huic vo si cosequete quaternariu supposiuero: denarius explicat: qui est tertius actu triangul. quos p latera disponens ad supioris descriptionis exemplar: cuctos triagulos numeros sine vllius dubitationis errorib pnotabis. et quantas vltimus numerus in se vnitates habz que superiorib aggregabis: tot ipe qui fit triangulus vnitates habebit in latere. Na ternariu qui est prim actu triangul adiecto binario vnitati feceram: at hic duos habet in latere. et senariu his adiecta ternarij quatitate pduxim: cui lat soli tres cotinet: et ide i alijs cuctis quot vni-

tates habentē numerꝝ ſupiorib⁹ aggregabis: tot vnitatibus eius latera continebunt.

De q̄dratis numeris. Cap. 10.



Uadratus vero numerus eſt: qui etiā ipſe quidem latitudinē pādit ſed non in trib⁹ angulis ut ſuperioꝛ forma: ſꝫ.4. Ipſe quoqꝫ ęq̄li laterum dimenſione poꝛrigit. Sūt aūt huiuſmodi.



De eoꝛū lateribus. Cap. 11.



Ed in his quoqꝫ ſcd̄m naturalē numerum laterū augmēta ſuccreſcūt. Prim⁹ eni vi ⁊ potentia quadratus id eſt vnitas: vnū habet in latere. Secundus vo qui actu primus id eſt.4.duobus ꝑ latera poſitis cōtinet. Tertius vo id eſt nouē qui ſecundus eſt ope: tribus ī latere poſitis aggregat. Et ad eandez ſequentiā cuncti ꝓcedūt.

De quadratoꝝ generatiōe rurſuſqꝫ de eoꝝ lateribus. Cap. 12.



Aſcunt aūt tales numeri ex naturalis numeri diſpoſitione: nō quemadmodū ſupiores triāguli: vt oꝛdinati ad ſe inuicē nūeris cōgregent. ſed vno ſp intermiſſo qui ſequit ſi cū ſupioꝛe uel ſupioꝛib⁹ colligat: oꝛdinatos ex ſe quadratos efficiet. Diſponat eni naturalis numerus hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

Ex his igit ſi vnū reſpiciā: prim⁹ mihi nat⁹ eſt ptāte quadratus. Qd ſi vno relicto poꝛi terciū iūxero: ſecūdus mihi quadrat⁹ efficit. Naꝫ ſi vno relicto binario ternariū appoſuero: quaternari⁹ mihi quadratus exoꝛit. Qd ſi rurſus relicto medio q̄ ternario quinariū ſimilit aggregauero: q̄drat⁹ mihi terti⁹ id eſt nouenari⁹ ꝓcreat. Unus eni ⁊.3.et.5.nouē colligūt. At vo ſi his intermiſſo ſenario ſeptenariū iungā: tota ī.16. eius ſūma cōcreſcit: id eſt quarti q̄drati nūeroſitas. Et ut breuit hui⁹ forma ꝓcreatiōis appareat: ſi cūcti impares ſibimet apponant: collocato ſcꝫ naturali numero: q̄dratoꝝ oꝛdo texet. Eſt etiā in his hęc naturę ſubtilitas ⁊ īmobilis oꝛdinatio: qd tot vnitates vnuſqſqꝫ q̄dratoꝝ retinebit ī latere: quāti fuerint numeri ad cōiūctionē ꝓpriā cōgregati. Nā in primo q̄drato qm̄ ex vno fit: vn⁹ eſt in latere. In ſecūdo id eſt q̄ternario qm̄ ex vno ⁊ trib⁹ ꝓcreat: qui

duo sunt termini: binario latꝰ texit. ⁊ in nouenario quoniā tribꝰ numeris pcreat: latus ternario continet. Atq3 idē in alijs videri licet.


De pentagonis eorumque lateribus. Cap. 13.



Pentagonus vo numerus est: qui ipse quidē ī latitudinē3 scdm vnitatē descriptis quidē. 5. angulis ɔtinet: cūctis sc3 lateribus equali dimensione dispositis. Sunt aūt hi.

1	5	12	22	35	51	70

Quodē quoq3 modo eoꝝ latera succrescūt. Nā primi ptāte pentagoni id est vnius: idē vnius spaciū lateris tenet. Secūdi vo quinarij q est actu ipso atq3 ope primꝰ pentagonus: bini p latera fixi sunt. Tertiꝰ vo id est. 12. tribꝰ in latꝰ auctꝰ est. Quartus. 22. 4. numeroꝝ in latere quantitate distendit. Atq3 idē in ceteris scdm vnitatis pgressionē in naturali sc3 numero scdm superioꝝ figurarū incremēta tendunt.



De gñatione pētaganoꝝ. Ca. 14



Nascūt aūt hi numeri qui extēsi ī latitudinē gnque āgulos pādūt: ab eadem nālis numeri quātitate ī sese coaceruata: ita ut duobꝰ semp intercectis numeris superiori uel superioribus vincens ternario eū cui iungendus est aggreget. Nāq3 vnitati intermissis duobꝰ ⁊ tribꝰ si quatuor iungas: qui tribꝰ ipsa3 superent vnitatē: quinariꝰ pentagonꝰ pcreabitur. Post. 4. vero si intermisso gnario ⁊ senario. 7. aggreges: duodenariū pentagonū pcreabis. Nāq3 vnꝰ ⁊. 4. et. 7. numeri. 12. explebūt. Hoc etiā in alijs fiet. Nā si. 10. vel. 13. vl. 16. vel. 19. vel. 22. vel. 25. supioribꝰ cūctis adiunxeris: eodē quo supius modo pentagoni fiēt: scdm supiorē descriptionem.

22	35	51	70	92	117

De hexagonis eorumq3 generationibus Cap. 15.



Exagoni aūt q sex angulis ⁊ heptagōi q. 7. rursus lateribꝰ ɔtinēt: sz hūc modū eoꝝ laterū augmneta succrescūt. Nāq3 i triāguli nume

ri natura ꝓcreationeq; ipsos nume ros iungebam⁹ qui sese ĩ naturali di spositione seq̃rent: ⁊ se tantũ vnitate trãsirent. quadrati vo numeri id est tetragoni ꝓcreatio fiebat ex nume/ris qui vno intermisso copulabant: cũ se binario superarent. pentagoni vo natura fuit ex duob⁹ interpositis relictisq; qui se ternario vincerent. Scđm quoq; talia augmẽta hexa/gonoꝝ uel octogonoꝝ vel. 9. laterũ figura uel. 10. uel quotlibet alioꝝ cõpetenti ꝑgressione cõficit. Ut eni in pentagono duob⁹ intermissis eos iũgebam⁹ qui se ternario superarẽt ita nũc ĩ hexagono trib⁹ intermissis eos iungem⁹ q se quaternario tran/seant. ⁊ erũt quidẽ eoꝝ radices ⁊ fũ damẽta: ex quib⁹ iunctis oẽs hexa/goni nascunt.

1	5	9	13	17	21

Et ad eundẽ ordinẽ cõsequen/tes: atq; ab his sexanguloꝝ for me nascunt.

1	6	15	28	45	66

Quos ad superiorẽ modũ scilꝫ descriptos: in proprijs ordini bus ꝑnotabis.

De heptagonis eorumq; genera tionibus: ⁊ cõmunis omniũ figura/rum inueniende generationis regu la descriptionisq; figuraꝝ. Ca. 16.




Eptẽ vo angulo/rũ figura est: cum ad eundem ordi nem ꝑgressionis vno plusquam in 6. anguloꝝ figu/ra numero inter/misso supiori cõiunxeris. Nã si qua tuor interpositis q sese q̃nario vin/cãt aggregauer(: heptagoni ↄtinuo figura nascet. ut hi nũeri sint eoꝝ ra dices ⁊ ut superi⁹ dictũ ẽ fũdamẽta


1	6	11	16	21

Qui vero ex his constant hi sunt.


1	7	18	34	55


Nouez vero anguloꝝ scđm eun dem ordinẽ forma ꝓcreat: ita ut scđm equalẽ progressionẽ primi quoq; eoꝝ numeri distent. Nam in triangulo qui sunt numeri: que pri/ma superficiei figura est: vno sese tã tũ numeri ꝓcedunt: qui scilicet eoꝝ naturã descriptionẽq; ꝑficiunt. In tetragono vero qui secũdus est duo bus sese iuncti numeri vincunt. ⁊ in pentagono tribus ⁊ in hexagono 4. ⁊ in heptagono. 5. huiusq; rei nul lus est mod⁹. Hoc aũt nos subiecta rũ formaꝝ descriptiões docebunt.














Descriptio figuratorum numerorũ in ordine. Cap. 17.



Imilit aũt licebit ⁊ aliarũ formaruꝫ que pluribꝰ angu/lis cõtinent: quan/titates asscribere. Sꝫ quoniã facilꝰ oculis subiecta re/tinent: supradictarũ formarũ nume rositas in subteriore descriptiõe po natur.

trianguli	1	3	6	10	15	21	28
quadrati	1	4	9	16	25	36	49
pentagoni	1	5	12	22	35	51	70
hexagoni	1	6	15	28	45	66	91
heptagoni	1	7	18	34	55	81	112

Qui figurati numeri ex quibus fi guratis numeris fiant: atq̃ qđ triã gulus numerus omniũ reliquorum principiũ sit. Cap. 18.



Is igit̃ ita sese habẽtibꝰ quid in hac re sit cõ sequẽs investi gemus. Oẽs enim tetrago/ni qui sub triã gulis sunt na/turali ordina tione dispositi: ex superioribus triã gulis procreant̃: illorũq̃ collectione quadrati figura cõponit̃. Quatuor enĩ tetragonꝰ fit ex vno ⁊ tribꝰ: id est ex duobꝰ supioribꝰ triãgulis. Nouẽ vo ex tribꝰ ⁊ .6. sed vtriq̃ sũt triãguli At .16. ex .6. ⁊ .10. ⁊ .25. ex .10. ⁊ .15. Idẽq̃ i sequẽti ordine q̃dratorum cõ stãs atq̃ imutabile repit̃. Pentago norum vero summe conficiunt̃ ex vno

sup̱ se tetragono ꝛ altrinsec⁹ triangulo ↄstituto. Nāq̧. 5. pentagonus ex quatuoꝛ sup̱ se posito tetragono: et ex vno q in triangoloꝝ oꝛdine ponitur aggregat̄. Duodecim vo pentagonus ex nouenario sup̱ se quadꝛato: ꝛ trib⁹ scdo triangulo nascit̄. Vigintiduo vero ex. 16. et. 6. quadꝛato scꝫ atq̧ triāgulo ꝛ. 35. ex. 25. ꝛ. 10 ꝛ in oꝛdinē ad eundē modū intuentē nulla cunctatio ↄtrarietatꝭ impediet. At vo si hexagonos libꝛata examinatione ꝑspicias: ex eisdē triangulis ꝛ sup̱ se positis pentagonis ꝓcreant̄. Nanq̧ sex hexagon⁹: ex q̄nario pentagono ꝛ vno qui ē i triāguloꝝ oꝛdine disposit⁹ nascit̄. Nec alia ēst oꝛigo . 15. hexagoni: nisi ex duodenario pentagono ꝛ ternario triāgulo. Qd si. 28. rursū hexagonū ex q bus superioꝛibus nascat̄ addiscas: nullos inuenies nisi. 22. pentagonū senariūq̧ triangulū. Atq̧ hoc in cęteris. Nec hunc geniturę oꝛdinē heptagonoꝝ ꝓcreatio refutabit. Nāq̧ ex sup̱ se hexagonis: ꝛ ex emin⁹ positis triangulis ꝓcreant̄. Septē enim heptagon⁹ nascit̄ ex senario hexagono: ꝛ vno potestate triangulo. 18. vero heptagon⁹ ex. 15. hexagono ꝛ ternario triangulo coniugat̄: et. 34. ex 28. scilicet hexagono ꝛ senario triāgulo . atq̧ hoc in cunctis inoffensuꝫ reperire licet. Vides ne igit̄ vt pꝛim⁹ oīuꝫ triāgulus cūctoꝝ sūmas efficiat: ꝛ oīuꝫ ꝓcreationib⁹ misceat̄.

Pertinens ad figuratoꝛum numeroꝛum descriptionem speculatio. Capitulum. 19.



Is vero omnes si ad latitudinē fuerint cōparati: id est trianguli tetragonis: vł tetragoni pētagonis: vł pentagoni hexagonis vel hi rursus heptagonis: sine aliqua dubitatiōe triangulis sese superabūt. Nanq̧ si ternariū triangulū quaternario vel q̄ternarium tetragonū quinario: vel quinariū pētagonū senario hexagono: vel senariū septenario heptagono cōpares: pꝛimo se triāgulo id est sola transeunt vnitate. At vero si senarius contra nouenariū: vel hic cōtra. 12. vel hic contra. 15. vel. 15. cōtra. 18. pꝛo inueniendis differentijs cōparentur: secundo se triangulo id est ternario superabunt. Deceꝫ vero ad. 16. ꝛ. 16. ad. 22. et. 22. ad. 28. et 28. ad. 34. si cōponas: tertio se triangulo vincēt id est senario. Atq̧ hoc rite notabit̄ in alijs cunctis sequentibus sese perspectū: omnesq̧ se triangulis antecedent. Quare perfecte vt arbitroꝛ demōstratū est: omniū foꝛmarum pꝛincipiū elementumq̧ esse triangulum.

De numeris solidis. Cap. 20.



Inc vero ad figuras solidas facilioꝛ via ē. Pꝛęcognito enim qd in planis numeroꝝ figuris vis ipa quātitatis naturaliter operet̄

ad solidos numeros nō erit ulla cū/
ctatio. Sicut eni longitudini nume
roꝝ aliud intuallū id est supficiē ut
latitudo ōnderet̄ adiecim⁹: ita nunc
latitudini figs addat eā q̄ alias alti
tudo: alias crassitudo: alias ꝓfūdi/
tas appellat̄: solidū numeri corp⁹ ex
plebit.

De pyramide quod ea sit solidaꝝ fi
gurarum principiū sicut triangulus
planarum. Cap. 21.




Ideē aūt quē
admodū ī pla
nis figuris tri/
angulus nume
rus prim⁹ ē: sic
in solidis q vo
cat̄ pyramis ꝓ
fūditatis eē pn
cipiū. Omniū
qppe rataꝝ in numeris figuraꝝ ne/
cesse ē inuenire pmordia. Est aūt py
ramis alias a triangula basi in alti
tudinē sese erigēs: alias a tetragona
alias a pētagona: ⁊ scdm̄ sequentiū
multitudinēs anguloꝝ ad unū cacu
minis verticē subleuata. Posito eni
triangulo atq̧ disposito: si p tres an
gulos singulę rectę lineę stantes po
nāt̄: hęq̧ tres inclinēt̄ ut ad unū me
diū pūctū vtices iūgant: fit pyramis
Quę cū a triāgula basi ꝑfecta sit: tri/
bus triāgulis p latera ꝯcludit̄ hoc mō
Sit. a. b. c. triangulū: si huic igit̄ triā
gulo p tres angulos erigant̄ lineę: ⁊
ad unū pūctū ꝯuertant̄: qd est. d. ita
ut. d. pūctū nō sit in plano sȝ pēdēs:
illę scȝ lineę ad ipm erectę vticē ⁊ qd
ammodo cacumen. d. faciēt: et erit
basis. a. b. c. unū triangulū: p latera
vo tria triangula id est unū triangu
lum. a. d. b. aliud vero. b. d. c. tertiū
vero. c. d. a.




De his pyramidis q̄ a q̄dratis vel a
cęteris multiangulis figuris ꝓfi/
ciscuntur. Cap. 22.



Tem si a tetragona
basi ꝓficiscat̄: et ad
unū verticē ei⁹ lineę
dirigant̄: erit pyra/
mis q̄tuor triāgulo
rū p latera: uno tm̄
tetragono ī basi po
sito: sup quā figura ipa fūdata ē. ⁊ si
a pētagono surgāt qnq̧ lineę: qnq̧
rursus pyramis triāgulis ꝯtinebit̄. ⁊
si ab hexagono sex triāgulis nihilo/
min⁹: ⁊ quātoscūq̧ angulos habue
rit figura sup quā pyramis residet:
tot ipsa p latera triāgulis ꝯtinet̄. ut ī
subiectis descriptionib⁹ palā est.





Solidorum generatio numerorum. Cap. 23.



Dicunt aut huiusmodi pyramides hoc mo. Prima pyramis de triangulo: scda pyramis de tetragono: tertia pyramis de pentagono: qrta pyramis de hexagono qnta pyramis de heptagono. Idez in ceteris constat numeris. Nã qm lineares numeros esse diximus: q ab vno profecti in infinitũ currerẽt ut sunt.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

His aũt ordinatim cõpositis et in se inuicẽ cũ distãtia iũctis superficies nascebãt. Ut si vnũ et duo iũgeres: primus triãgulus nasceret: id est. 3. et cũ his adiũgeremus tertiũ: id est ternariũ: senarius triãgulus rursus occurreret. et post hos tetragoni vno intermisso: pẽtagoni vo duobus. hexagoni tribus: heptagoni relictis qtuor nascebant. Nũc vero ad solidorum corporum procreationẽ: ipse nobis superficies naturaliter figurate peruenient: et ad faciendas qdẽ pyramidas a triangulo ipi nobis trianguli cõponendi sũt. Ad procreandas vero pyramidas a tetragono: tetragoni. ad eas vero que sunt a pentagono: pentagoni copulandi sunt. et ille que sunt ab hexagono vel heptagono non nisi hexagonorum vel heptagonorum copulatione nascent. Primus ergo potestate triangulus vnitas est: eandẽq etiam ponemus virtute pyramidã. secundus vero triangulus est ternarius: quem si cum primo coniunxero: id est cum vnitate: quaternaria mihi profunditas pyramidis excrescit. At vero si is tertiũ senarium iũxero: denaria pyramidis procreabitur altitudo. His si denariũ iunxero. 20. numerorum pyramis veniet. atque ita in cunctis alijs eadem ratio copulationis est.

Trianguli.

1	3	6	10	15	21	28	36	45	55

Pyramides a triangulis.

1	4	10	20	35	56	84	120	165	220

In hac igitur coniunctione necesse est: vt semper qui vltimus fit cõiugatorum numerorum: is quasi quodammodo basis sit. Cunctis enim latior inuenitur: et qui ante ipsum numeri coniungantur: minores esse necesse est: vsque dum ad vnitatem detractio rata perueniat. que puncti quodammodo et verticis obtineat locum. Nanq in. 10. pyramide super sex additi sunt. 3. atq vnus. q senarius superat ternariam quantitatem. ipsi vero tres vnũ pluralitate

transcendũt. qui vnus extremũ terminũ pgressionis offendit. Similis quoqꝫ ratio in ceterꝭ pspici põt: si eorũ pcreationes diligenti⁹ volueris pscrutari. Jlle vero q̃ sũt a tetragono pyramides: eadẽ tetragonoꝝ sup se cõpositione nascunt. Descriptis eni cunctis tetragonis id est.

1	4	9	16	25	36	49	64	81	100

SJ vnitatẽ primã ex hac dispositiõe p̃sumã: erit mihi potestate ⁊ vi pyramis ipsa vnitas: nondũ etiã opere atqꝫ actu. At si huic tetragonũ supponã id est. 4. nascet pyramis quinqꝫ numeroꝝ: q̃ duob⁹ tãtũ numerꝭ p latera positis ↄtinet. Sin vero his sequentes. 9. adiecero: fiet mihi. 14. numeroꝛũ forma pyramidis: q̃ p latera trib⁹ vnitatib⁹ ↄcludatur. Atqꝫ huic si sequẽtẽ tetragonũ 16. supponam: tricenaria mihi pyramidis forma pducit. Jn his q̃ꝫ oĩbus pyramidis: tot erunt vnitates p latera quãte in se fuerint numeroꝛũ aggregate quãtitates. Nã vnitas q̃ prima pyramis est vnũ solũ id est se ipaꝫ gerit in latere. Quinqꝫ v̇o q̃ cõstant ex vno ⁊. 4. duob⁹ p latera designat: ⁊. 14. q̃ ex tribus numeris cõpositꝭ fit: ternario numero in latere posito ↄstituit. Hanc aũt pyramidũ gñatiõeꝫ mõstrat subiecta d̃scriptio.

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	49	64	81	100

Pyramides a tetragonis.

1	5	14	30	55	91	140	204	285	385

ET ad eũdẽ modũ cũcte a ceteris multiangulis pfecte forme: in altioris summe spacia pducunt. Omnis eni multoꝝ anguloꝝ forma ex sui generis figura vnitati supposita ab vno ingredientibus ad pyramidũ constituendas figuras vsqꝫ in infinita progreditur. Et ex hoc equideꝫ apparere necesse est triangulas formas ceterarũ figurarũ esse principiuꝫ: quod omnis pyramis a quacunqꝫ basi profecta: vel a quadrato vel a pentagono: vel ab hexagono vel ab heptagono vel a quocunqꝫ similiũ: solis triãgulis vsqꝫ ad verticẽ continet.

De curtis pyramidis. Cap. 24.



chus nunq̃ antea perspexerunt: qd̃ in omni dispositione vel cõtinua vł disiuncta: quod cõtinet sub duabus extremitatibus minus est eo numero qui ex medietate cõficit tantum quantũ possunt due sub se differentie cõtinere que inter ipsos sunt terminos constitute. Ponamus enim tres terminos huiusmodi. 3. 5. 7. Si igit tres septies augeant: in. 21. numerũ cadũt. Quod si mediũ terminũ id est. 5. in semetipsũ multiplicaueris: quinquies quinq faciunt. 25 Et hic numerus ab eo quẽ extremitates colligunt quaternario maior est: quẽ scilicet differentie cõficiunt Inter tres eni 3. 5. 7. bini insunt. quos si i sese multiplices. 4. reddũt bis eni duo quatuor fiũt. Recte igit dictũ est: in hac huiusmodi dispositione qd̃ cõtinet sub extremitatibus min⁹ esse illo numero qui fit ex medietate tantũ quantũ differentie in se multiplicate restituunt.




Quartum vero propriũ huius modi dispositionis notat: qd̃ antiquiores quoq habuere notissimũ: quod in hac proportionalitate vel medietate in minoribus terminis maiores proportiones: in maioribus minores comparationes necesse est inueniri. Namq in dispositione hac. 1. 2. 3. minores sunt termini. 1. et. 2. maiores. 2. et. 3. et. 2. ad vnum duplus est. 3. vero ad duos sesqualter: sed maior est proportio dupli quaz sesqualtera. In armonica autem medietate econtrario euenire contingit. In minorib⁹ enim terminis minores proportiones: in maioribus maior proportionis quantitas custodit. Harũ vero medietatũ id est arithmetice atque armonice: geometrica proportionalitas media esse notata est. que vel in maioribus vel in minoribus terminis equas numerorum qualitates i pportionalitate custodit. Inter maius vero & minus: equalitas loco ponit medietatis. Et de arithmetica quidem medietate satis dictum est.


De geometrica medietate eiusq proprietatibus. Cap. 44.


Unc vero que hãc sequit geometrica medietas expediatur que sola vł maxime proportionalitas appellari põt: ppterea quod i ea eisdẽ proportionib⁹ terminoꝝ vel in maioribus vel in minorib⁹ speculatio ponit. Hic enim equa semper pportio custodit: numeri quantitas multitudoq negligit contrarie quaz in

arithmetica medietate. vt sunt. 1.2. 4.8: 16.32.64. Uel in tripla proportione. 1.3.9.27.81. Uel si quadrupla vel si quincupla vel si in quamlibet multiplicitatem numerorum sit constituta distensio. In his enim quotlibet terminos sumpseris: explebunt geometricā medietatem. quēadmodū enim prior ad sequentem ita sequens ad alium. Et rursus: si permixte facias idem erit. Si enim ponant tres termini. 2.4. et. 8. quēadmodū sunt. 8. ad. 4. ita. 4. ad. 2. Atque hoc si conuertas: quemadmodum sunt. 2. ad. 4. ita erunt. 4. ad. 8.



Uel si in quatuor terminis vt sunt. 2. et. 4. 8. et. 16. quemadmodum est primus ad tercium: id est. 2. ad. 8. sic erit secūdus ad quartum: id est. 4. ad. 16. Utraqꝫ enim ꝓportio quadrupla est. Et cōuersim quemadmodū quartus est ad secūdum: ita tercius notatur ad primuꝫ. Hoc vero etiam disiunctę licet. Nā quemadmodū est primus ad secundum: id est. 2. ad quatuor: sic tercius ad quartū: id ē. 8. ad. 16. ⁊ conuersim quemadmodum secundus ad primum: id est. 4. ad duos: ita quartus ad tercium: id est. 16. ad. 8. idqꝫ in omnibus rata consideratione ꝑspicies.



Habet autem proprium huiusmodi medietas quod in omni dispositione scd̄m hanc proportionalitatem terminorum differentię in eadem proportione contra se sūt qua fuerint ipsi termini quorū sunt ipsę differentię. Siue enim dupli cōtra se sint termini: duplę erunt etiaꝫ differētię. siue tripli: triplę. siue scd̄m quamlibet multiplicitatem: eadem in differētijs multiplicitas erit: quā prima consideratio inuenit in terminis. ut subiecta descriptio monet

Differentię duplę

1	2	4	8	16	32	64	128	
1	2	4	8	16	32	64	128	256

Termini dupli

Nulli igitur dubium esse potest qđ cuꝫ oēs termini dupli sint: ita differentię quoqꝫ eoꝝ terminoꝝ duplę esse videantur: ut vno minus termino in differentijs: omnes pene dispositos subter terminos quorū sunt ipsę differētię: superior ordo reddiderit. Est etiā aliud proprium quod omnis ad minorē maior terminus cōparatus: ipsum minorē re

tinet differentiã. Nãq binarius ad vnitatẽ: ipsa vnitate differt. ⁊ quaternariꝰ binario: ipo binario. ⁊ octonarius quaternario: ipso quaternario. ⁊ deinceps maiores alij: ipis minoribus ab eisdẽ ipsis differũt quos numerositate pretereũt. Et hoc quidem in duplici ꝓportione cadit. Sin vero sint triplices proportiones: maior terminus a minore termino duplicato minore termino differt. Ut si sint. 1. 3. 9. tres ab vno: binario differũt: in quẽ vnitas idest minor terminus duplicatus exundat. ⁊. 9. a tribus senario differũt: quem ternarius duplicatus educit. Et in alijs cũctis eiusmodi ratio reperiet. Sin vo quadruplices sint: triplicato minore termino maior terminus a minore distabit. Et si quinquupli: quadruplicato. et si sexcupli: quinquuplicato. ⁊ vna minus multiplicatione quaꝫ est ipsa minoꝝ ad maiores cõparatio terminoꝝ: minorẽ numerus maior exsuperat.

Differentię duplę

1	2	4	8	16	32	64	128	
1	2	4	8	16	32	64	128	256

Termini dupli

Differentię triplę

2	6	18	54	162	486	1458		
1	3	9	27	81	243	729	2187	

Termini tripli

Differentię quadruplę

3	12	48	192	768	3072	12288	
1	4	16	64	256	1024	4096	16384

Termini quadrupli

Hec aũt ꝓportionalitas ⁊ i alijs omnibus vel supparticularibꝰ vel suppartientibus inueniť: huiusmodi proprietate in omnibus conseruata: ut in cõtinua proportione: quod fit sub extremitatibus si tres fuerit termini: hoc a medietate multiplicata cõsurgat. Si eniꝫ sint. 2. 4. 8. quod fit ex bis. 8. idem fit ex quater. 4. Uel si sit in quatuor terminis disiuncta ꝓportio: qđ fit sub vtrisq extremitatibus id duarũ medietatũ multiplicatione concrescat. Ut si sint. 2. 4. 8. 16. quod fit ex bis. 16. id ex quater. 8. reddatur. Exemplar aũt nobis maximuꝫ certissimũq sit illud: vbi ex ęqualitate diximꝰ oẽs inęqualitatis species fũdi. Illic enĩ in omnibus vel multiplicibus uel superpartientibus vel supparticularibus vel in cęteris cõiunctis geometrica ꝓportionalitas custodiť: has omnes proprietates quas supradiximus continẽs. Quarta vero est ꝓprietas huiusce medietatꝭ: quod uł in maioribus uel minoribus terminis ęquales semꝑ proportiones sũt Namq si ponanť. 2. 4. 8. 16. 32. 64. inter hos omnes dupla ꝓportio est Apparet etiã hęc proportionalitas in binis ꝓportionibus ab vnitate alternatim parte altera longioribus quadratisq dispositis a prima multiplicitatꝭ habitudine id est a duplici ꝑ cũctas supparticularis habitudines proportionesque discurrens. quod subiecta descriptione signatum est.

Tetragonus	1	
parte al.lon.	2	dupla
Tetragonus	4	dupla
parte al.lon.	6	sesqualte:a
Tetragonus	9	sesqualtera
parte al.lon.	12	sesquitercia
Tetragonus	16	sesquitercia
parte al.lon.	20	sesquiquarta
Tetragonus	25	sesquiquarta
parte al.lon.	30	sesquiquinta
Tetragonus	36	sesquiquinta
parte al.lon.	42	sesquisexta
Tetragonus	49	sesquisexta

Que medietates quibus rerum publicarũ statib⁹ cõparent. Ca.45.



Tq3 ideo arithmetica quidem ei rei pulicę cõparat̃ q̃ paucis regit̃: idcirco quod in minoribus eius terminis maior proportio sit. Musicam vero medietatem optimatũ dicũt esse rempublicam: ideo quod in maioribus terminis maior proportionalitas inuenitur. Geometrica medietas popular(. qd ammodo τ ex ęqualitate ciuitatis ẽ Nãq3 vel in maioribus vel in minoribus ęquali omniũ proportionalitate componit̃:τ est inter omnes paritas quędam medietatis ęquũ ius in ꝓportionibus cõseruantis.

Quod superficies vna tantũ in proportionalitatibus medietate iungã tur: solidi vo numeri duab⁹ medietatib⁹ in medio collocant̃. Cap.46.



Ost hec igit̃ tempus ẽ:ut expediamus nunc quiddam nimis vtile in platonica quadam disputatione: que in timei cosmopeia haud facili cuiquã vel penetrabili ratione versat̃. Oẽs enĩ planę figurę q̃ nulla altitudine crescunt vna tantũ medietate geometrica cõtinuant̃: alia que iungat nõ põt inueniri. vnde duo tantũ in his interualla sunt constituta: a primo scilicet ad mediũ: τ a medio ad terciũ. Si vero fuerint cubi: duas tantu3 habebunt medietates vbi tercia inueniri nõ poterit: scdm geometricam scilicet proportionẽ. vnde formę solidę tria interualla dicunt̃ habere. Est enim vnũ interuallũ a primo ad secundũ: τ a secunao ad terciũ: τ a tercio ad quartu3: quę est scilicet postrema distantia. Rectę igit̃ τ planę figurę duob⁹ interuallis: τ solidę tribus cõtineri dicunt̃. Sint enim duo tetragoni. 4. scilicet et. 9. hoꝝ igitur vnus tantum medius in eadem proportione constitui potest Nanque senarius ad. 4. sesqualter est: τ. 9. ad senarium eodem modo sesqualter. Hoc autẽ idcirco euenit quod singula latera singulorum tetragonorum efficiunt senariam medietatem. Nanque quaternarij te-

tragoni latus binarius est: nouena rij ternarius. hi ergo multiplicati senarium perfecerunt. Bis enim tres senarius est. Et quotienscunq; datis duobus tetragonis eorum medietatem volumus inuenire: latera eorum multiplicanda sunt: et qui ex his pcreabunt medietas est. Si autem cubi sint vt. 8. et. 27. due tantum inter hos eadem proportione medietates constitui queunt. 12. scilicet et. 18 nanq;. 12. ad. 8. et. 18. ad. 27. sesqualtera tantum proportione iungnnt. In his quoq; eadem laterum ratio est. Nanque ex vno cubo qui propinquior est: vna medietas duo latera colligit. ex alternatim vero posito vnum. In alia quoq; medietate idem est. Ponant enim duo cubi et in medio eorum due medietates quas superius diximus. 8. duodecim 18. 27. octonarij igitur latus est binarius: bis enim bini bis octonarium fecerunt. Ternarius vero. 27. cubi latus est. Ter enim tres ter. 27. restituunt. Medietas igitur que iuxta octonarium est: id est. 12. mutuatur duo latera ex propinquo sibi octonario et aliud vnum latus ex altrinsecus posito. 27. cubo. Bis enim bini ter. 12. pandunt. Et. 18. eadem ratione duo latera a ppinquo sibi. 27. cubo colligit: et vnum ab altrinsecus posito octonario. Tres enim ter bis. 18. concludunt. Hoc autem vniuersaliter speculandum est: si tetragonus tetragonum multiplicet: sine dubio tetragonus prouenit. Sin vero parte altera longior tetragonum multiplicet vel tetragonus parte altera longiorem: nunquam tetragonus: sed semper ante longior crescit. Rursus si cubus cubum multiplicauerit: cubi forma conficitur. Si vero parte altera longior cubum: vel cubus parte altera longiorem: nunquam cubus procreabitur. hoc scilicet secundum similitudinem paris atq; imparis. Par enim parem si multiplicet: semper par nascitur. et impar imparem si multiplicet: impar continuo procreatur. Si vero impar parem: vel si par imparem multiplicet: par semper exoritur. Hoc autem facilius cognoscitur ex lectione platonis in libris de republica: eo loco qui nuptialis dicitur: quem ex persona musarum philosophus introducit. Sed nunc ad terciam medietatem redeundum est.

De armonica medietate eiusque proprietatibus. Cap. 47.




Armonica autem medietas est: que neq; eisdem differentijs nec equis proportionibus constituitur: sed illa in qua quemadmodum maximus terminus ad paruissimum terminum ponitur: sic differentia maximi et medij contra differentiam medij atque paruissimi comparatur. Ut si sint. 3. 4. 6. vel si. 2. 3. 6. Sena

rius enim quaternarium sua tercia parte superat: id est duobus. quaternarius vero ternarium sua quarta parte superuenit: id est vno. Et senarius ternarium sua medietate id est tribus. ternarius vero binariuꝫ sua parte tercia id est vnitate transcendit. Quare in his neqꝫ eadem proportio terminorum est: neque sunt eędem differentię. est autem quemadmodum maximus terminus ad paruissimū terminū: sic differentia maximi ꝛ medij ad differentiaꝫ medij atque postremi. Namqꝫ in hac proportiōe quę est. 3. 4. 6. maior terminus id est senarius ad paruissimum terminū ternariuꝫ duplus est ꝛ differentia maximi ꝛ medij id est senarij ꝛ quaternarij duo scilicet: ad differentiā medij ꝛ vltimi id est quaternarij atqꝫ ternarij quę est vnitas dupla perspicitur. Sed hoc quoqꝫ subiecta descriptione monstrat̄.



Habet autem proprietateꝫ quē admodum dictum est contrariam arithmeticę medietati: In illa enim in minoribus terminis maior erat proportio: in maioribus minor in hac vero in maioribus quidem terminis maior est proportio: in minoribus vero minor. Nanque in hac dispositione. 3. 4. 6. tres ad quatuor comparati sesquiterciam habitudinem: sex vero ad quatuor sesqualterā reddunt: sed maior est proportio sesqualtera a sesquitercia tātum quantum̄ pars tercia medietate transcendit. Juste igitur medietas quędam geometrica proprieqꝫ esse proportionalitas iudicatur. scilicet inter eam vbi in maioribus terminis minor est proportio ꝛ mīnori bus maior: ꝛ inter eam vbi in maioribus maior est in minorib⁹ minor. Jlla est enim vere proportionalitas quę medietatis quodammodo locum obtinens: ꝛ in maioribus ꝛ in minoribus: ęqualibus proportionū comparationibus continetur. Hoc quoque signum est duarum extremitatum mediam esse quodammodo geometricā proportionē. Nāqꝫ in arithmetica proprotione medius terminus eadem sua parte ꝛ minorem precedit ꝛ a maiore preceditur ſꝫ alia pte minorē: alia vō pte maiorē. Sit enim arithmetica dispositio. 2. 3. 4. Ternarius igitur numerus binarium tertia sua parte pręcedit id est vno: ꝛ a quaternario tercia sua parte pręceditur id est vno. At vero ternari⁹ nō eadē parte minoris minorē vincit: vel maioris a maiore superat̄. Nāque minorē id est binariū vno superat: id est ipsius medietate binarij. a quaternario vero vno relinquit̄: quę pars q̄ternarij quarta

est. Recte igitur dictum est mediuz terminuz in huiusmodi medietate: eadem sui parte & minorem vincere & a maiore superari: sed non eisdem partibus vel minoris minorem trãsgredi: vel maioris a maiore transcẽdi. Contrarie armonica medietas ꝓportiones habet. Nãqꝫ non eadẽ parte sua medius terminus in hac proportione vel minorẽ vincit: vel a maiore superatur. sed eadez parte minoris minorem superat: qua parte maioris a maiore superatur. In hac eniz dispositione armonica que est 2.3.6. ternarius binariuz tercia sui parte vincit: idem ternarius a senario tota sui quãtitate superatur: id est tribus. Idemqꝫ ipse ternarius medietate minoris vincit minorem: id est vno. & medietate maioris a maiore termino vincitur: id est tribus. Senarij enim medietas ternarius est. In geometrica vero medietate neqꝫ eisdem suis partibus medius vel vincit minorez vel a maiore vincitur. neque eadem parte vel minoris minorem superat: vel maioris a maiore relinquitur. sed qua parte sua medius terminus minorez superat: eadẽ parte sua maior terminus medium vincit. Quod est ut medietas atque extremitas ęqualibus medietatem & extremitatez reliquam suis partibus superuadant. In hac eniz dispositione quę est 4.6.9. tercia sui parte medius senarius quaternariuz superat: id est duobus. & tercia sui parte rursus nouenarius senariuz vincit: id est tribus. Habet autem aliaz proprietatem armonica medietas. vt cum duas extremitates in vnum redactas medietas multiplicauerit dupla quantitas colligitur quam si se multiplicẽt duę extremitates. Sint enim hi termini. 3.4.6. Si igitur ternariũ & senariũ iungas nouenariuz facies. qui per quaternariũ ductus 36. efficit. quod si se ipsę extremitates multiplicent: & fiant tres sexies 18. conficiunt: quod est prioris summę dimidium.



Quare dicta sit armonica medietas ea quę digesta est. Cap. 48.





Onsiderãd uz forsitã videatur: cur hanc armonicã medietatem vocemus. Cuius hęc ratio est. quoniam arithmetica dispositio ęquas tantum per differentias diuidit quantitates. geometrica vero terminos ęqua proportione cõiungit. At vero armonica ad aliquid quodammodo relata consideratione: neqꝫ solum in terminis speculationez proportionis habet:

neque solum in differentijs: sed in vtrisq3 cõmuniter. Querit enim ut quemadmoduz sunt ad se extremi termini: sic maioris ad mediũ differentia: contra differentiam medietatis ad vltimũ. Ad aliquid autem considerationem armonię proprie esse in primi libri rerum omnium diuisione monstrauimus. Ipsarum quoq3 musicarum consonantiaruz quas symphonias nominãt proportiones: in hac pene sola medietate frequenter inuenias. Nanque symphonia diatesseron: quę princeps ẽ & quodammodo vim obtinens elementi: constituiť scilicet in epitrita ꝑportione: ut est quaternarius ad ternarium: in eiusmodi armonicis medietatibus inueniť. Sint enim eiusmodi armonicę medietatis termini quoruz extimi dupli sint: & rursus alia huiusmodi dispositio quorũ extimi tripli.


3	4	6		2	3	6

Senarius igitur ad ternarium duplus est. idez aũt in alia dispositione senarius ad binarium triplus. Horum igiť si differentias colligamus & ad se inuicem comparemus: epitrita proportio colligitur: vnde diatesseron symphonia resonabit. Inter tres enim & .6. ternarius est: & inter binariũ & senarium quaternarius. qui sibimet cõparati sesquiterciam efficient proportionem.





In eadẽ quoq3 medietate & diapente symphonia componitur: quã sesqualtera habitudo restituit. Nam in vtrisque dispositionibus his quę subiectę sunt: in duplici senariũs ad quaternariũ sesqualter est: in triplici ternarius ad binariũ: ex quibus vtrisque diapente symphonia coniungitur.



Post hanc autem diapason cõsonantia quę fit ex duplici. ut est subiecta formula.




In triplici quoq dispositione simul diapente & diapason symphonia cõponit: seruans sesqualteram & duplicem rationez. quod subiecta descriptio docet.




Et quoniam triplus duas continet consonãtias diapente scilicet & diapason: in hui9 triplicis positione in differentijs eundez rursus triplum reperiemus scdm subter descriptum modum.



In dupla vero dispositione maior terminus ad medij termini contra se differentiam triplus est. & rursus minor termin9 ad medij cõtra minorez terminũ comparati differentiam triplus est.



Illa autez maxima symphonia quę vocat bis diapason: velut bis duplum: quoniaz diapason symphonia ex duplici proportione colligitur: huic se iũcturę armonicę medietatis interserit. Nam in duplici proportione medius terminus ad minoris suiq differentiaz quadruplus inuenit.



In triplicibus quoq extremitatibus maior differentia ad minorẽ differẽtiã quadrupla est: & bis diapason symphoniã emittit. Nãq in dispositione. 2. 3. 6. extremor differẽtia est: id est senarij & binarij. 4. minor vero differentia id est ternarij & binarij vn9. 4. aũt vno quadrupla maior est relatione: q̃ cõparatio bis diapason consonantiã tenet.

De geometrica armonia. Cap. 49.



Ocant autem quidaz armonicã huiusmodi medietatez idcirco quod semper hec proportionalitas geometrice armonie cognata est. armoniã aũt geometricã cubum dicunt. Ita enim ex longitudine in latitudinẽ distentus est z in altitudinis cumulũ creuit: ut ex equalibus proficiscens ad equalia perueniens: equaliter totus sibi conueniens creuerit. Hec autem medietas in omnibus cubis que est geometrica armonia perspicitur. Omnis enĩ cub⁹ habet latera. 12. angulos octo superficies sex. Hic autez ordo z dispositio armonica est. Disponantur eniz. 6. 8. 12. hic ergo queãdmoduz est maior terminus ad paruissimuz ita differentia maioris z medij ad paruissimam cõparatur. Perpensi nanque. 12. ad sex dupli sunt. differentia vero. 12. z octonarij quaternarius est. octonarij vero z senarij duo. dupla autem ratione distabũt duobus quatuor cõparati. Rursus octonari⁹ qui medietas est alia sua parte minorem precedit: z alia sua parte a maiore preceditur. eadem autem parte minoris minorem superat: qua parte maioris a maiore superatur. Rursus si extremitates in vnum redigantur z a medietate octonario multiplicentur: duplus erit ab eo numero quem sole extremitates multiplicate perfecerint. Omnes autem in hac dispositione symphonias musicas inuenimus. Diatesseron quidem est octo ad sex quoniaz proportio sesquitertia est. At diapente. 12. ad. 8. quoniam ea que sesqualtera comparatio dicitur in ea diapente consonantia reperit. Diapason vero que ex duplici nascitur ex. 12. ad sex compositione producitur. Diapason vero z diapente que triplicis optinent rationez: fit ab extremitatũ differentia ad differentiaz minorem. Nanque duodenarij z senarij sex differentia est. minor vero est differentia octonarij z senarij: id est. 2. qui senarius ad binariuz triplus est: z diapason simul z diapente consonantiã sonant. Illa vera maior consonantia que est bis diapason: que ex quadruplo fit in medij termini id est octonarij: et eius differentie comparatione perspicitur: que inter octonariuz senariumque reperitur. Quare proprie atque conuenienter huiusmodi proportionalitas armonica medietas appellatur.

Quemadmodum constitutis altrinsecus duobus terminis: arithmetica z geometrica armonica inter eos medietas alternet. atque de eorum generationibus.



Nos aũt prestare debem⁹ quatenus quemadmodũ dato calamo extremis foraminib⁹ manentibus musicis mos est: ut mediũ foramẽ permutantes: atq; aliud aperientes aliud digitis occludentes diuersos emittant sonos. Uel cũ duabus altrinsecus protẽsis cordis medij nerui sonum musicus vel astringendo tenuat uel remittendo grauat: ita quoq; datis duobus numeris nũc quidem arithmeticã: nũc vero geometricã: nũc aũt armonicã medietatem experiamur inserere. vt rectum propriũq; medietatis nomen sit: qđ manentibus extremitatib⁹ huc atq; illuc ferri permutariq; videat̃. Poterimus autem hanc in duobus altrinsecus positis terminis vel paribus vel imparib⁹ permutare: ita ut cum arithmeticã ponim⁹ medietatẽ differẽtiarũ tãtũ ratio ęquabilitasq; seruet̃. Cũ vero geometricã: rata se ꝓportionũ iunctura custodiat. Sin aũt armonica fiat differentiarũ cõparatio: ab terminoꝝ ꝓportione nõ discrepet. Et sint quidẽ primo pares positę quędã extremitates: int̃ quas has omnes medietates oporteat interneсtere. 10. et. 40. Prius igitur arithmetica medietas aptet̃. Inter hos ḡ si. 25. posuero: erit mihi arithmetica proportio differentiarum quantitate immutabiliter custodita. in huiusmodi scilicet dispositione. 10. 25. 40. Uides enim ut quindenę sese summulę quantitate transcendãt. Omnesq; ꝓprietates quas sup̃ dixim⁹ ĩ medietate arithmetica cõuenire: ab hac huiusmodi dispositione non reperies alienas. Nãque quẽadmodũ vnusquisq; eoꝝ terminus ad seipsũ est: quoniã sibi ęqualis est: ita sunt ad se inuicem differẽtię: qm̃ sibi sunt ęquales. ⁊ quanto maior terminus mediũ transit: tanto medius vincit minorẽ. Et extremitatũ aggregatio duplex ẽ medietate. ⁊ minoꝝ terminoꝝ proportio maior ẽ illa cõparatiõe quę int̃ maiores terminos cõtinet̃. Et tãto minor est numerus qui fit ex multiplicatis extremitatibus ab eo qui fit ex multiplicata medietate: quãtũ eorũ differentię multiplicate restituunt. Illud quoq; quod medietas eadẽ sui parte ⁊ a maiore vincitur ⁊ minorem ipsa superuenit. non eadem autem parte minoris minorem transit: vel maioris a maiore relinquitur. quę omnes scilicet proprietates non alterius nisi arithmeticę medietatis sunt. Quod si superius dicta meminerit lector: ita esse indubitanter intelliget. Rursus si inter eosdẽ 10. et. 40. viginti constituam: statim geometrica medietas cum suis proprietatibus cunctis exorit̃: arithmeca medietate pereunte. In hac eniꝫ dispositione. 10. 20. 40. quẽadmodũ est maior ad medium: sic medi⁹ ad extremũ. Et quod cõtinet̃ ab extremitatibus ęquum est ei quod a

multiplici medietate completur. Differentię quoq3 eo℞ in eadē sunt ꝓportione q̄ termini. Cremētū v̄o et īminutio ꝓportionū scd̄m terminos nulla est. sed maio℞ termino℞ ꝓportio a mino℞ termino℞ ꝓportiōe nō discrepat. Si v̄o armonicā medietatē ꝯiūgere velim. 16. mihi numerus inter extremitates vtrasq3 ponēdus est ut sit hoc modo. 10. 16. 40. Nūc igitͬ licet in huiusmodi dispositione oēs armonicas ꝓprietates agnoscere. qua enī maximus ad paruissimū termin⁹ ꝓportione ꝯiungitͬ: eadē ꝓportiōe differentię ad seinuicē cōparantͬ. Et quib⁹ partib⁹ maioris a maiore medius vincitͬ: eisdē partib⁹ minoris preterit minorē. Suis v̄o non eisdē vel a maiore vincitͬ: vel transit minorē. Et ī maiorib⁹ terminis maior est ꝓportio: ī minorib⁹ minor. Et si ī vnū extremitates redigantͬ: et medietatis quātitate ꝯcrescāt: duplus inde ꝯficitͬ numerus ab eo qui ex solis multiplicatis extremitatib⁹ ꝓcreatur. Atq3 hoc quidē in terminis paribus ꝯstitutū ē. At vero si impares ꝓponantͬ vt sunt. 5. et 45. aptatus medius. 25. arithmeticā ꝓportionē medietatēq3 ꝯstituit. Nam si sint. 5. 25. 45. eadē sese numero℞ quātitate termini trāsgredientͬ. ⁊ omnis superius dicta ꝓprietas arithmeticę medietatis in his terminis custoditͬ. Sed si 15. nūerū mediū ponā vt sint. 5. 15. 45. in geometricā medietatē termini relabuntur: ęqualibus terminorum ad se inuicem proportionibus custoditis. Nouē vero si inter vtrosque terminos ponā: vt sint. 5. 9. 45. fit armonica medietas. vt qua summa maximus numerus paruissimū pręcedit: eadem maior differentia minorem differentiam vincat. Qua vero disciplina huiusmodi medietates reperire possimus expediendū3 est. Datis duobus terminis: si arithmeticā medietatem cōstituere oportebit: vtraq3 est extremitas coniungenda. quodque ex ea copulatione colligitur diuidendū: isq3 numerus qui ex diuisione redactus est arithmeticam medietatem inter extremitates locatus efficiet. vt. 10. et. 40. si iunxero: efficiunt. 50. quos si diuidam. 25. redduntur. Hic erit medius terminus scd̄m arithmeticā proportionem. Uel si illum numerum quo maior minorem superat diuidas: eumq3 minori superponas: qđ que inde concrescit medium ponas arithmetica medietas informatur. Nam. 40. denarium tricenario superat. quem si diuidas. 15. fiunt. hunc si minori id est denario superposueris. 20. et. 5. nascentur. quē si medium constituas: arithmeticę medietatis ordo formatur. Geometricam vero si rationem vestiges: eius numeri qui sub vtrisq3 extremitatibus continetur tetragonicum latus inquire: ⁊ hunc medium pone. Nam sub. 40. ⁊ denario numero. 400. cōtinentur. Si enim denarium in. 40. mltiplices: hic numerus crescit. Horum igitur quadringentorum require tetragonicum latus. hi sunt. 20. Uicies enim. 20. 400. efficiuntur. Repertum ergo latus quadratum mediū3 constitues. Uel si eam pro-

portionem quã inter se dati termini custodiunt diuidas: ꝛ id quod relinquetur mediũ terminũ ponas. Nanque. 40. ad denarium quadruplus est. Igitur quadruplum si diuidas duplum facies: qui est scilicet. 20. Nam. 20. ad denarium duplus est. Hunc si mediũ constituas: medietatem geometricã perferet. Armonicam vero medietatẽ tali modo reperies. differentiam terminorũ in minorem terminũ multiplica. ꝛ post iunge terminos. ꝛ iuxta eum qui inde confectus est: cõmitte illum numerum qui ex differentijs et termino minore productus est. Cuius cũ latitudinẽ inueneris: addas eã minori termino. et quod inde colligit mediũ terminũ pones. 10. eni et. 40. fiunt. 50. Differentia autẽ inter. 10. et. 40. 30. sunt. quẽ si multiplicas in denariũ: id est in minorẽ: decies. 30. oportet. 300. efficies. Quos. 300. iuxta eũ cõmitte qui ex iũctis vtrisq; confectus est: id est iuxta. 50. facient enim quinquagies senos. ꝛ inuenit latitudo senarius. Hũc igit si minori t̃mino addas faciẽt. 16. ꝛ h numerꝰ mediꝰ constituitꝰ int̃. 10. et. 40. armonicã ꝑportionẽ medietatẽq; ſuabit.

De tribꝰ medietatibꝰ q̃ armonicę ꝛ geometricę ꝯtrarię sũt. Cap. 51.



E quidez sunt apud antiquiores inuentę probatęq; medietates. quas idcirco longius enodatius q; tractauimꝰ: quod hę maxime in antiquorum lectionibus inueniuntur: ꝛ ad omnẽ pene vim cognitionis eorũ versatur vtilitas. Ceteras autẽ pretereundo trãscurrimus: idcirco quod nõ multum nobis in lectionibus prosunt: sed tantum ad implendam denarij numeri quantitutem. Quę ne lateãt ne ve sint aliquibus ignoratę depromimus. Uidentur enim hę supradictis medietatibus esse contrarię ex quibus originẽ trahunt. Ex his eni etiam istę sunt constitutę. Est autez quarta medietas quę opposita videtur armonicę: in qua tribus terminis positis: quẽadmodũ est maximus terminus ad paruissimũ: sic differentia minorũ ad differentiam maximorũ. Ut sunt. 3. 5. 6. sex ad ternarium duplus. Et sunt minores. 5. et. 3. maximi vero huius dispositionis. 6. et. 5. Differentia vero minorum quinarij scilicet ꝛ ternarij. 2. sũt maiorũ quinarij et senarij. 1. qui. 2. ad vnũ comparati duplum faciunt. Ergo quẽadmodũ est maximus terminus ad paruissimũ sic minorũ terminorum differentia est ad differẽtiam maximorũ. Liquet autẽ oppositam ꝛ quodãmodo contrariã esse hanc medietatez armonicę medietati: idcirco: quod in illa quẽadmodum est maximus terminus ad paruissimũ: sic maiorum terminorũ differentia ad differentiã minorũ. Hic autem econtrario. Est autem propriũ huius medietatis: quoniã quod continetur sub maximo termino et medio: duplum est eo quod continetur sub medio atq; paruissimo. Se-

ties eni quinq̃·30·sunt: quinquies vero tres·15·Due vero alie medietates quinta scilicet et sexta geometrice medietati contrarie sunt: et eidem videntur opposite. Est autem quinta medietas: quotiens in tribus terminis quéadmodũ est medius termin⁹ ad minorez terminũ: ita eorũ differentia ad differentiam medij atq̃ maioris. Nam in hac dispositione·2·4·5·quaternarius ad binariũ duplus est. sed inter quaternariũ et binariũ duo sunt: inter quaternariũ vero et maiorem terminuz id est quinq̃·1·et duo ad vnũ dupli sunt. Contrariũ autem geometrice medietati in hac proportiõe est: qḋ in illa quéadmodũ maior terminus ad minoré esset: sic maiorũ differentia ad differentiã minorum. hic vero contrarie: quemadmodũ minores ad se termini sunt: sic minorum differentia terminorũ ad maiorum differentiã comparatur. Est autem propriũ in hac quoque dispositione quod illud quod cõtinetur sub maiore termino et medietate duplũ est eo quod sub vtrisq̃ extremitatibus continetur. Nam quinquies quatuor sunt·20·quinquies vero·2·sunt 10·et·20·denarij duplus est. Sexta vero medietas est quãdo tribus terminis constitutis quéadmoduz est maior terminus ad mediũ: sic minorũ terminorũ differentia ad differẽtiã maximorũ. In dispositione eniz que est·1·4·6·maximus terminus ad medium sesqualter est. differentia vero minorum id est vnius et·4· ternarius est: maiorum vero id est quaternarij et senarij binarius. Ternarius autem binario comparatus sesqualterã habitudinem proportionis efficiet. Eodem autem modo hec quoque medietas geometrice contraria est quemadmodũ et quinta: propter proportionem differentiaruz a minoribus ad maiores terminos conuersam.

De quatuor medietatibus quas posteri ad implendũ denariũ limitez adiecerunt. Cap.52.



Et he quidẽ sũt sex medietates quarum tres a pythagora vsq̃ ad platonez aristotelemq̃ mãserunt. Post vero qui insecuti sunt has tres alias de quibus supra disseruimus suis commentarijs addidere. Sequens autem etas quemadmodũ diximus ad implendam denariam quantitatez alias quatuor medietates apposuit. quas non adeo quis in veterum libris inueniat. Has igitur nos quã possumus breuissime disponamus. Prima enim que est earum: in ordine vero septima medietas hoc modo coniungitur: cum in tribus terminis quemadmodum est maximus terminus ad vltimum:

sic maximi et paruissimi termini differentia ad minorum differentiam terminorum. vt in hac dispositione.6.8.9. Nouenarius igitur ad senarium sesqualter est. quorum est differentia ternarius. Minorū vero terminorum: id est octonarij et senarij binarius differentia est. qui ad superiorem ternarium cōparatus facit sesqualteram proportionem. Secūda vero inter quatuor: sed octaua in ordine proportionalitas est: quotiens in tribus terminis quēadmodum sunt extremitates ad se inuicē cōparatę: sic eorum differentia ad maiorum terminorū differentiam. vt sunt.6.7.9. Nouem igitur ad.6. sesqualter est. et eorum differentia ternarius est qui comparatus contra maiorum differentiam: id est septenarij et nouenarij qui binarius est: reddit sesqualteram proportionem. Tertia vero inter has sequentes quatuor: nona autem in ordine proportio est: quando tribus terminis positis quam proportionem medius terminus ad paruissimū custodit: eam retinet extremorum differentia ad minorum differentiam cōparata. vt.4.6.7. Etenim.6. ad.4. sesqualter est. quorum est differentia binarius. septenarij vero et quaternarij ternarius differētia est. quē si ad superiorem binarium comparemus sesqualtera proportione coniungitur. Quarta vero quę in ordine decima est cōsideratur in tribus terminis: cum tali proportione medius terminus ad paruissimū comparatur: quali extremorum differētia contra maiorum terminorū differentiam proportione coniungitur. vt sunt tres quinqꝫ octo. Quinarius enim medius terminus ad ternarium superbipartiens est. Extremorum vero differentia octonarij scilicet et ternarij quinarius. qui cōparatus contra maiorum terminorum differentiam scilicet quinarij et octonarij qui est ternarius: et ipse quoqꝫ superbipartiens inuenitur.

Dispositio decem medietatum. Cap.53.



Disponamus igitur cunctas medietates in ordinem: vt cuiusmodi omnes sint facillime possint intelligi.

Arithmetica	Prima	1	2	3
Geometrica	Scda	1	2	4
Armonica	Tertia	3	4	6
Ōria armonicę	Quarta	3	5	6
Ōria geome.	Quinta	2	4	5
Ōria geome.	Sexta	1	4	6
inter.4.prima	Septima	6	8	9
inter.4.scda	Octaua	6	7	9
inter.4.tertia	Nona	4	6	7
inter.4.quarta	Decima	3	5	8


De maxima et pfecta symphonia que tribus distendit intervallis. Cap.54.



Estat ergo de maxima pfecta q3 armonia dis/ serere: q̃ trib⁹ in teruallis ↄstitu/ ta magna3 vim obtinet in musi ci modulaminis tẽperamẽtis: ⁊ in speculatiõe natu/ raliũ q̃stionũ. Etenĩ pfecti⁹ huiusmo di medietate nihil poterit inueniri: q̃ trib⁹ ĩteruallis pducta pfectissimi corporis naturã substãtiãq3 sortita ẽ Hoc enĩ modo cubũ quoq3 trina di mẽsione crassatũ: plenã armoniã eẽ mõstrauim⁹. Hec aũt huiusmodi in veniet: si duob⁹ terminis ↄstitutis: q ipsi trib⁹ creuerint interuallis: lõgitu dine: latitudine: et pfunditate: duo huiusmodi termini medii fuerint cõ stituti: ⁊ ipsi trib⁹ interuallis notati: q vel ab equalib⁹ p eq̃les eq̃liter sint pducti: vel ab inequalib⁹ ad ineq̃lia equaliter: vl' ab inequalib⁹ ad equa lia eq̃liter vel quolibet alio modo. atq3 ita cũ armonicã pportionẽ cu/ stodiãt: alio tñ modo cõparati faci/ ant arithmeticã medietatẽ: hisq3 ge ometrica medietas q̃ int' vtrasq3 ver sat' deesse nõ possit. In quatuor enĩ terminis si fuerit queadmodũ pm⁹ ad tertiũ: sic secũdus ad q̃rtũ: pporti onũ ratiõe scilicet custodita: geome trica medietas explicat'. Et qd cõti/ net' sub extremitatib⁹ equũ erit ei qd sub vtraq3 medietate ad seinuicem multiplicata ↄficit'. Rursus si maxi/ mus q̃tuor terminor3 numer⁹ ad eũ q sibi ppinqu⁹ est talẽ habeat diffe/ rentiã qualẽ idẽ ipse maximo pro/ pinquus ad paruissimũ: huiusmodi pportio in arithmetica ↄsideratiõe pponit'. Et extremor3 coniunctio du plex erit ppria medietate. Si vo int' q̃tuor qui est terti⁹ termin⁹ equa par te q̃rti quartũ terminũ superet: ⁊ eq̃ primi a primo superet': armonica hu iusmodi pportio medietasq3 pspicit'. Et qd ↄtinet' sub extremor3 aggrega tione ⁊ multiplicatiõe medietat[is] du plex est eo qd sub vtraq3 extremitate ↄficit'. Sit autem quoddã hui⁹ dis/ positiõis exemplar hoc modo. 6. 8. 9. 12. Has igit' oẽs solidas quãtita/ tes esse nõ dubiũ ẽ. Sex enĩ nascunt' ex vno bis ter. 12. aũt ex bis duo ter Hor3 autẽ medietates: octonari⁹ fit semel duo q̃ter. Nouenari⁹ vo semel tres ter. Oẽs igit' termini cognati si/ bi: ⁊ trib⁹ interuallor3 dimẽsionibus notati sũt. In his igit' geometrica p portionalitas inuenit': si. 12. ad. 8. vl' 9. ad senariũ cõparem⁹. Utraq3 enĩ cõparatio sesqualtera pportio est. ⁊ qd ↄtinet' sub extremitatib⁹ idẽ ẽ ei qd fit ex medijs. Nãq3 qd fit ex duo decies sex: equũ est ei qd fit ex octies 9. Geometrica ergo pportio huius/ modi est. Arithmetica aũt est si duo denarius ad nouenariũ: ⁊ nouena/ rius ad senariũ cõparet'. In vtrisq3 enĩ ternari⁹ differẽtia est. ⁊ iunctę ex tremitates medietate duplę sũt. Si enĩ iunxeris senariũ ⁊ duodecim: fa cies. 18. qui ẽ nouenario medio ter/ mino duplus. In his ergo geome/ tricã arithmeticãq3 medietatẽ pspe/ xim⁹. Hic quoq3 armonica medie/ tas inuenit': si. 12. ad. 8. et rursus. 8. ad senariũ cõparem⁹. Qua enĩ par/

te senarij octonari⁹ senariū superat: id est parte tercia: eadē duodenarij parte octonarius superat. Quatuor eni qbus octonarius a duodenario vincit: duodenarij tercia ps ē. Et si extremitates iūgas. 6. scz ꝛ. 12. easq͡ꝫ p octonariū mediū mltiplices. 144. sūt. Qd si se extremitates mltiplicēt: sex scz et. 12. faciēt. 72. quo numero 144. duplus est. Inueniemus hic quoq͡ꝫ oēs musicas consonantias. Nanq͡ꝫ. 8. ad. 6. et. 9. ad. 12. cōparati sesquitertiā ꝓportionē reddūt: ꝛ simul diatesseron ꝯsonantiā. Sex vo ad. 9. vel. 8. ad. 12. cōparati reddūt sesqualterā ꝓportionē: sed dyapente symphoniā. Duodecim vo ad senariū ꝯsiderati duplicē ꝓportionē: sed dyapason symphoniā canunt. Octo vo ꝛ. 9. ipsi ꝯtra se medij considerati epocdoū iungūt. q in musico modulamine tonos vocat. que oīuz musicorū sonorū mensura cōmunis est. Omniū eni est sonus iste paruissim⁹ Unde notū est qd diatesseron ꝛ diapente ꝯsonantiarū tonos differētia est: sicut inter sesquiterciā ꝛ sesqualterā ꝓportionē sola ē epocdous differentia. Eius aūt descriptiōis subter exemplar adiecimus.

Proportionalitas geometrica.



extremoꝝ medioꝝq͡ꝫ mltiplicatiōes

Proportionalitas arithmetica.



Extremitates iuncte ad nouenariū medium duple sunt.

Proportionalitas armonica.

partes minoris maiorisq; ē minor.



Iunctę extremitates ꝛ per
mediū multiplicatę.

Consonantię musicę.

Sesqtertia Sesqtercia
Epocdous
Diatesseron Diatesserō



Finit arithmetica Boetij bene reuisa ac fideli studio emendata Impressa per Erhardū ratdolt viri solertissimi eximia īdustria ꝛ mira imprimēdi arte: qua nuꝑ venetijs nūc augustę excellet nominatissimus. Anno dñi. M.cccc.lxxxviij. Mensis maij die vigesima.

a b c d e f omnes quaterni.

BOETHIUS, ANICIUS MANLIUS TORQUATUS SEVERINUS. Arithmetica. 20 May, 1488.

This is the first edition of Boethius's *Arithmetica,* composed in the early part of the sixth century. *(For notes on Boethius and his work, see the November 1930 issue of More Books, p. 434.)*

Printed by Erhard Ratdolt at Augsburg